ei qꝺ ibi fuit locatio ⁊ conductio:qꝛ erat talis perſona que conſueuerat locare opas ſuas ſed hic fuit ꝯtus innominatus do vt facias. Uel pōt dici ſecundo modo: vbi quis locat operas ſuas:ſi caſus ex perſona conductoris perueniat tūc totū aſſeqtur ſi ex parte ſua non vt hic.⁊.C.e.l.penul.⁊ dicam.ꝟ. locati et condu.l.ex conducto.§.item cū quidā.niſi in duobus caſibus in quibus non refert.vt.ꝟ.de ſtatuliberis.l.cū heres.§. ſtichus. et ꝟ.de va.⁊ extraordi.cogni.l.j.§.pe. ¶ Ultimo querit: hic dicit qꝺ pnia facit locū huic actioni:ſed nunqd refert:an data ſit pecunia cōtēplatione mea ⁊ tua an mea tm̄. dicūt qꝺ refert naꝫ ſi grā mei tantū data eſt pecunia tūc liceat penitere alſ non ſed hec op.nō eſt bona:qꝛ ſi do tibi.x. vt ſeruū tuum manumittas: gratia ſerui tm̄ videt data pecunia:⁊ tñ locus erit pnie.vt.ſ̄.e.l.ij.§.ſi tibi.preterea ſi dedi tibi pecuniam vt vadas capuā:hic ꝯhitur gratia vtriuſqꝫ:⁊ tñ eſt locus pnie. Un̄ dicendū eſt ſiue ꝯtus celebratur grā vtriuſqꝫ ſiue alteri⁹ tm̄: locus eſt pnie re integra:⁊ intelligo integram rem ſiue nihil expendiſti vel partem.ſecus ſi totā expendiſti vt hic dꝛ.

¶ In ꝯtibus innoiatis ſi res eſt integra ſiue aliqd ceptum ſit vel deficit poſſe fieri facto tertij vel caſu ex pnia daꝛ condictio ei q ex pte ſua ipleuit dūmō indēnitati aduerſarij cōſulaꝛ ſi qꝺ dānū occaſione illius ꝯtus incurrit.h.d.vſqꝫ ad finē.

Si ſeruū quis tradiderit.

† In.§.iſto dicit: ſi ego aliquē ſeruū tradidero eo pacto vt infra certum tpe manumitteres ⁊ poſtea peniteo antequaꝫ manumitteres poſſum ſeruū datū repetere ꝯdictione ob cām datoꝝ ſecus ſi illud tempus trāſiuit.⁊ poſtea peniteo qꝛ illū ſeruum nō potero repetere ſed efficitur liber ex cōſtitutione diui antonini. hoc dicit iſte.§. videatis expoſitionē lr̄e.[ſi ſeruū].ſ.pprium[quis tradiderit] ⁊ fecerit accipientis.[ſi penituit].ſ.ante manumiſſionem[competit ei qui dedit]ſub.ad intereſſe iō qꝛ certiorauit accipiētem. alij dicunt ad ipſum ſeruum.vt.ꝟ.de manu.vin.l.ſi pater.ſed verius eſt:vt dicatis qꝺ actio ppter pniam competit ei qui dedit ad intereſſe eius qui dedit nō ad ipm ſeruū.iō qꝛ non cōſueuit. vt.ſ̄.de mi.l.ſi ex cā.pterea cū fuit trāſlatum dñium ſerui in accipientē potuit manumittere. Un̄ ipſe ſeru⁹ non pōt repeti ſed intereſſe:vt ⁊ al̄.ꝟ.mand.l.ſi hoīem.ſecus eſt ſi darē tibi ſeruum vt alij dares vt.ꝟ.de do.l.ij.§.ſi pecuniam.ſic eſt circa manumiſſionem ſerui.nā ſi do tibi ſeruū lꝫ peniteā.vr̄ qꝺ non repetā ſeruum ſed repeto intereſſe:⁊ hoc caſu cum repeto intereſſe eſt neceſſe qꝺ certiorauiſſem te:alſ ſec⁹.vt.ꝟ.de manu.vin.l.ſi pr̄. [plane ſi nō manumiſerit]infra illud tps[cōſtitutio]ſcꝫ de qua fit mentio.C.ſi man.ita fuerit al.l.j.⁊.ij.[cum q in h̄ dederit].i.vt manumitteret. ¶ Oꝛ ſignoꝛ ad.§.iſtū opponiꝛ ⁊ videtur ſi do tibi ſeruum vt intra certū tps manumittas qꝺ non poſſum penitere vt.ꝟ.de ſeruis expoſ.l.qſitum. Ad qꝺ vos dicetis:aut do tibi ſeruū ex ꝯtu noiato:puta qꝛ vendo tibi quo caſu non poſſim penitere vt.C.de act.⁊ ob.l.ſicut.⁊ dicā.ꝟ.e.l.vlti. aut do tibi ſeruum ex ꝯtu innominato:quia do vt manumittas:hic eſt ꝯtus innoiatus vt.ꝟ.de pſcrip.vb.l. naturalis.§.qꝺ ſi do.quo caſu poſſum penitere.vt hic dꝛ.Scꝺo inſtatur ⁊ opponitur hic dꝛ:ſi dedi tibi ſeruum.vt infra certum tps manumittas:ſi infra illud tps nō manumittis non potes poſtea penitere:ſed lex vr̄ ꝯ.ſ̄.e.l.dedi.§.idē erit. Ad ſol.cuius ꝯ. vos dicetis ita breuiter hic dedi tibi ſeruum eo pacto vt manumitteres infra certum tpo nec dixi vt vindicta.i.coram iudice manumitteres:ſed in.l. ꝯ.dixi.vt vindicta.i.coram iudice manumitteres.vn̄ elapſo tpe illo non ſuccedit ꝯſtitutio.nec facit eū liberū: igiꝛ qꝺ dedi poſſum repetere ⁊ ſic intelligiꝛ.ſ̄.ſi cer.pe.l.nō ois.§.j.

Itē ſi quis dederit titio.

In.§.iſto dicit: ego dedi titio.x.vt de illis.x.deberet ſeruum emere ⁊ emptuꝫ manumittere:⁊ poſtea peniteo ⁊ volo.x.data repetere: nunquid poſſuꝫ. Rn̄det iuriſcō.diſtinguendum eſt:aut titius non emit ſtichum quo caſu ſi peniteā poſſum.x.data repetere:ſi autem iam emit non poſſum penitere: ⁊ ideo non poſſum repetere.x. ne titius emptor damno afficiaꝛ:ſed ipſum ſeruum accipiam pro.x.q dedi niſi ſeruus deceſſiſſet anteꝗ eſſet in mora nā tunc nō repetā x.nec ſeruum:ſed qd ſi fugit.certe titius emptor teneꝛ mihi cauere de ſeruo reſtituēdo ſi in ptātem ſuam puenerit.hoc dic iſte §.videatis expoſitionem lr̄e[per::eat].ſ.ille qui dedit[penitēciā dabit].i.inducet[fecerit.ſ.quod penituerit[ei qui redemit] ſ.emit.q.d.non debet iniuriari ei qui redemit: vt teneatur condictione ob cām datorum ad ipſa.x.ſed ipſum ſeruum ſic teneatur vt ꝟ.ſtatim dicit[nihil preſtabit.] hoc eſt verum ſi non fuit in mora ſecus ſi fuit in mora:⁊ hoc ſtatiꝫ dicit[ſi mō p eū factū nō eſt]nam ſi fugit vel occidit eū teneꝛ ad ſerui eſtimationem vt.ꝟ.e.l.§.ſed vbi.⁊.ꝟ.de ꝯ.ob l.ſequiꝛ.⁊.l.ſeruū[quod ſi fugit.] ille ſeruus pro quo dederā.x.[nec culpa eius contingit].i.anteꝗ ceſſit[nihil pſtabit]ſub.niſi qꝺ ſtatim ſequitur. peruenerit].ſ. ille ſeruus emptus[reſtituturū].ſ.illum ſeruum emptū. ¶ Oꝛ ſignoꝛ.ad.§.iſtū opponiꝛ dupliciter.pmo ſic hic dicit:ſi dedi titio.x.vt ſtichū ſeruū emeret ⁊ manumitteret ⁊ non emit ⁊ ego penituit:ſi ſeru⁹ fugit qꝺ titius teneꝛ cauere ſi ad ſe peruenerit de eo mihi reſtituendo ſꝫ videtur qꝺ cauere nō debeat:qꝛ ſi depono ſeruuꝫ apud te non teneris cauere.vt.ꝟ.depoſiti.l.ſi ſine ad ſol.cuius cōtrarij:qdā dixerunt depoſitari⁹ nō teneꝛ mihi ſatiſdare cum fideiuſſore:ſic intelligitur.l.cōtraria.ſed tenetur mihi cauere ſine fideiuſſore:vt hic dꝛ:⁊ hoc inuit verbū repromiſſiōis.q ſolu.nō eſt bona:qꝛ hic ⁊ ibi de cautione loquitur:⁊ dicꝛ cautio ſine fideiuſſore: ſed ſatiſdatio dꝛ cum fideiuſſore. C.de ꝯ.ſig l.ſancimus.Et ideo vos ſoluetis ſcꝺo mō ⁊ ſic alius eſt ſi do tibi vt emas ſeruū ⁊ manumittas.qꝛ hic tu es procur. meus ⁊ ſtricti⁹ teneꝛ pcur.ꝗ depoſitarius: qꝛ depoſitarius teneꝛ de dolo tm̄ ⁊ lata culpa ⁊ leui.vt.ꝟ. depoſiti.l.j.§. ſi ſeruus ſꝫ pcu.teneꝛ de dolo lata culpa ⁊ leui ⁊ leuiſſima vt.C.de pcu. l.a pcuratore.Scꝺo opp.⁊ vr̄ qꝺ iſtē non teneaꝛ mihi cauere de nō eundo:qꝛ ſi do tibi pecuniā vt nō vadas ad iudiceꝫ non teneris cauere mihi de non eundo.vt.ſ̄.e.l.iij.in princi. Ad qꝺ vos dicetis vbi do tibi pecuniā ne vadas ad iudicem tu accipiendo ligaris cū effectu ad iudicē nō iri:vn̄ aut ibis aut non:ſi non ibis habebo optatum:ſi ibis repetam.ſed ſi dedi tibi.x.vt emeres ſeruum ⁊ manumitteres ⁊ emiſti:⁊ anteꝗ manumitteres fugit ad.x.non obligaſti te:qꝛ dediſti cū voluntate mea ad manumittendū non quia fugit:igitur qꝛ nō eſt prouiſum mihi alio mō cauebis vt hic ⁊ arg.C.de inoſſi.teſt.l.cōtra.

Sed ſi acceperit.

In.§.iſto dꝛ: dedi tibi pecuniā vt tuū ſeruū pprium manumitteres:anteꝗ manumitteres ſeru⁹ fugit:nūqd.x.data poſſum repetere.certe nō:ſi hunc ſeruū eras diſtracturus ⁊ pp hoc nō diſtraxiſti:ſꝫ debebis mihi cauere:vt ſi ſeruus peruenerit in ptātē tuā qꝛ.x.reſtitues deducto eo qꝺ ſeru⁹ factus eſt deterior ppter fugā.ſꝫ qd ſi ſeruus puenit in ptātē tuā ⁊ volo qꝺ manumittas tu nō vis offenſus ppter fugā: hoc caſu totū qꝺ dedi poſſuꝫ repetere:⁊ totū teneris reſtituere: ſꝫ ſi dedi tibi x.vt ſeruū manumitteres:⁊ tu nō vis manumittere pp fugam offenſus:electio eſt mea vl̄ volo ꝯſequi ſeruū:aut qꝺ dedi mihi reſtitui:ſed ſi nō eras ſeruū diſtracturus ⁊ dedi tibi.x. vt ſeruuꝫ tuū manumitteres:ſi fugit a te anteꝗ manumitteres: pecuniā datā id eſt.x.poſſum a te cōdicere niſi diligentius cuſtodiſſes ſi non accepiſſes.x.vt eum manumitteres.hoc caſu eſſet inconueniens quod careres re ⁊ precio.[videndum]ſub. eſt [an condici poſſit].i.repeti[qꝺ accepit]id eſt illa pecunia quā accepit[ei condici].i.non oportet reddere pecuniā quam accepit.ſub.ſi nō fuit in mora manumittēdi.vt.ꝟ.e.l.§.ſed vbi [id] id eſt illam pecuniā[ppter fugā]⁊ hoc eſt verū cum is qui dedit penitere vult ⁊ pecuniā habere:vult[qui dedit] ſcilicet pecuniā[ille].ſ.dñs ſerui[totū quod accepit]ſcꝫ dñs ſerui[reſtituere eum oportet] ſcilicet cōdic.ob cām[ſeruū] qui debebat manumitti[ei dari].i.reddi[aut quod dedit].i.pecunia.] reſtitui.⁊ ita ſunt duo caſus in quibus dñs ſerui teneꝛ totā pecuniā quā accepit reddere vnus caſus eſt cū ille q dedit nō vult adhuc ſeruuꝫ manumitti.alius caſus eſt ſi fuit in mora manumittēdi.vt.ꝟ.ea.l.ſꝫ vbi.[qꝺ ſi diſtracturus nō erat] que dicta ſunt.ſ̄.vera ſunt:qñ accipiens erat diſtracturus alſ ſeruū:mō dicit quid iuris ſit qñ nō erat diſtracturus[eſſet].i.cuſtodiuiſſet eū magis diligēter. ¶ Oꝛ ſignoꝛ ad id qꝺ dꝛ in.§.iſto inſtatur ⁊ opponiꝛ ⁊ videtur qꝺ vbi do tibi pecuniā vt ſeruū tuum manumittas ⁊ fugit:videꝛ qꝺ dānū eſt repetaꝛ vt.ſ̄.de rei vē. l.ſi a bonefidei. ad qꝺ pōt rn̄deri tibi imputari non pōt qñ do tibi pecuniā vt ſeruū tuū manumittas qꝛ nō eſt veriſile qꝺ ſeruus fugiat:⁊ ſic intelligiꝛ qꝺ dꝛ in.§.iſto.ſecus eſt ſi ſeruus nō erat manumittēdus.vt in.l.ꝯ.ſic etiā imputaꝛ metū inferenti. vt.ſ̄.qꝺ metus cā.l.ſi cum ex.§.ſi homo.

Sed vbi accepit.

In.§.iſto dꝛ: dedi tibi.x.vt ſeruū tuū manumitteres: ſeru⁹ deceſſit anteꝗ manumitteres:nunqd.x. data poſſuꝫ repetere. Rn̄detur qꝺ ſi fuiſti in mora manumittēdi qꝺ.x.q dedi poſſum repetere:ſed ſi non fuiſti in mora manumittendi: ſi dū duceres ſeruū ad iudicē deceſſiſſet in itinere: ſi eras diſtracturus vel eo vſurus:non potero repetere:ſed ſi nō eras diſtracturus vel eo vſurus hoc caſu pecuniā quā dedi repetā niſi pfectio manumiſſiōis cā mortis cām pbuit: vt qꝛ per viā fuit a latronib⁹ īterfectus vel ruina in ſtabulo oppreſſus vel vehiculo attritus vel alio caſu perijt.hoc eni caſu non poſſum repetere pecuniā quam dedi:etiā ſi dñs ſerui nō erat eum diſtracturus vel eo vſurus.hoc dicit iſte.§.videatis expoſitionem litere [ſed vbi accepit].ſ.dñs ſerui pecuniā [vt manumitteret] ſcilꝫ ſeruū pprium[qꝺ accepit].i.tenetur reſtituere pecuniā quam accepit

accepit ⁊ ita intelligitur.ſ.e.l.dedi.§.idē erit.in ff. ſed ſi ſtichus [profect⁹ eēt] ad ꝓuīciā.i.duxiſſet eū ad ꝓuīciā [diſtracturus] ſ. illū ſeruū alteri [vel ipſe] ſ.dñs [eo vſurus] ſ.erat:ſub. ad aran dum vel quid ſile [eū uero] pro ſed [ſi nihil eoꝝ facturus] .i. ſi dñs non erat eū diſtractur⁹ vel eo vſur⁹ [ipſi] ſ.dño [obeſſe] ſcꝫ dicēdū vt manumitteret ſub. vñ hoc caſu pecuniā quā acce pit tenetur reſtituere:⁊ ſilis diſtinctio fit.ſ.que ſatiſda.cog. l.ſi deceſſerit [proficiſcit] ſub qꝛ tūc nō tenet reſtituere pecuniam quam accepit etiā ſi non erat eū diſtractur⁹ vel eo vſur⁹. ¶ Or ſignoꝛ.§.iſte vult dicere vt dixi in caſu. vñ vt meli⁹ intelligatis adhuc repeto.⁊ ex.§.iſto colligit ar.ꝓ op.dñi mar.qui dixit qꝺ debitoꝛ poſt moram tunc demū tenetur de interitu ſpēi: ſi non erat eodem mō peritura apud creditorem vt.ſ.de iure do.l.ſi is qui.⁊.ſ.depoſiti.l.ſi plures.§.ſ.ſed certe veri⁹ eſt qꝺ teneat ꝺ inte ritu etiā ſi eēt eodē mō pitura apud creditorem ⁊ apꝺ debito res vt.ſ.ſi cer.pe.l.cū fundus nec ob.qꝺ hic ꝺꝛ: qꝛ ſi tu nō fuiſti in mora non repetā datū ſi deceſſit anq̄ manumitteres:ſi autē deceſſit an:poſt morā: ſi eras alteri diſtracturus vel eo vſurus nihil repetā:alis ſic.vt inſti.de le.§.ſi res.⁊.ſ.de neg. geſt. l.vlti. ſed in debitore ſpēi pōt imputari:cū fuit in mora.itē non ob.l.ſi is qui.nā indubitāter ſi marit⁹ accepit ſeruū in dotē ex q̄ perūt ſine dolo ⁊ lata ⁊ leui culpa non tenet maritus vt.ſ.e. ſol.ma.l. etiā item non ob.l.ſi plures.§.ſ.qꝛ ibi habebat iuſtā cām quare non reſtituebat depoſitū.vt.ſ.de vſuris.l.ſi quis.

☞ Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris cōis.

Si extraneus. †In.l.iſta ponunt duo caſus.prim⁹ loquitur i ex traneo dāte dotem ꝓ muliere ſcꝺs eſt in pr̄e mulie ris.⁊ primus caſus eſt talis:extraneus pro muliere dedit dotē:⁊ pactus eſt q̄ quocūqꝫ mō ſolueret mr̄imoniū dos ſibi redderet:nuptie ſecute non fuerūt,cui dabit condictio ex traneo:nō mulieri.qꝛ veriſile eſt q̄ etiā pact⁹ fuerit in eum ca ſum ſi nuptie non ſequant niſi mulier ꝓbaret aliā fuiſſe volun tatem dantis.ſ.qꝺ ipſi mulieri daret actio ⁊ nō ipſi. ſcꝺs caſus loqtur in pr̄e mulieris: ⁊ eſt talis pr̄ dotē dedit pro filia ⁊ cōue nit vt quocunqꝫ mō ſolueret mr̄imoniū nō ſunt ſecute nuptie. nunqd dabit cōdictio pr̄i certe ſic:niſi ⁊ in iſto caſu:vt in pmo appeat aliā voluntatē dātis fuiſſe:hoc dicit iſta lex videatis ex poſitionē lr̄e [ſi extraneus] ꝺꝛ extraneus ois q nō hꝫ pſonā do tatā in ptāte.vt.C.de rei vxo.ac.l.vna.§.extraneū [fuit conuen tum] .i.pactum appoſitū [competat] .q.d.vt ipſi mulieri detur repetitio ⁊ non ipſi danti [ſꝫ ſi pr̄.] incipit ſcꝺs caſus [⁊ ita con uenit] vt.ſ. in ꝓn.l.dictū eſt.⁊ intelligatis qꝺ ita conuenit ꝑ ſti pul.qꝛ ſecus eſt in pr̄e q̄ in extraneo.nā ſi pr̄ dat dotē ꝓ filia.et non ſtipulat ſibi dotē reddi:hr̄t act.ſilie: ⁊ per pactū ſibi auſer re non pōt.vt.ſ.ſo.ma.l.quoſ.⁊ q̄ ſit rō plene no. C. de iure do. l.vna.[condictionem] .ſ.ob cām [pr̄i cōpetere] .ſ.ſi nuptie non ſunt ſecute.[marcell⁹ ait.] ſub.⁊ bñ. ¶ Sed opponit ⁊ vr̄ qꝺ ſi extrane⁹ vel pr̄ dat dotē ꝓ muliere ⁊ paciſcit q̄ quocūqꝫ mō ſoluat mr̄imoniū dos ſibi reddat ⁊ nup. non ſunt ſecute quod nō extraneo vel pr̄i dat repetitio.naꝫ dicit lex ſi extraneus vel pr̄ paciſcit in vnū caſum dotē ſibi reddi. ſ.mortis. in aliū ca ſum videt q̄ſita actio mulieri.ſ.diuortii.vñ vr̄ ꝫ.ſ.ſol.ma. l.ſi cū dotem.in ꝓn. Ad qꝺ vos dicetis ſm Ioan.⁊ Azo.in.l.ꝫ.extra neus vel pr̄ ꝓuidit ſibi in vnū caſum.ſ.poſt mr̄imoniū ꝫctū. nā dixit dotē:⁊ ſi ſecutis nup.mulier moriatur fuit ſibi ſtipulatus reddi dotē.vñ nō vr̄ pact⁹ de caſu qui poſſet ꝫtingere:nuptiis non ſecutis ſꝫ in lege nr̄a pr̄ vel extrane⁹ ꝓuidit ſibi in oēm ca ſum poſt nup.ꝫctas. Et ſi veriſile eſt qꝺ voluerit ſibi prouidere in cōem caſum etiā nuptiis nō ſecutis : qꝛ iſto caſu in nulla ne gligētia depꝓhendit:ſed in.l.ꝫ.ſic.vñ de ſua negligentia non ꝺꝫ cōmodum reportare.vt ar.C.de inof.te.l.maiores.⁊.C.ꝺ his q ꝫ non dño manumittunt.l.vlti.in ſi. ¶ Sed denuo opponit ⁊ videt qꝺ ipſi mulieri cōpetat repetitio dotis nuptiis nō ſecutis ⁊ non ipſi extraneo.vt. ſ. de libe.⁊ poſthu. l.commodiſſime ſed hic fuit fauoꝛ dotiū : ibi fuit ꝫria voluntas defuncti q̄ pro lege ꝺꝫ ſeruari.vt in auſ.de nupt.§.diſponat.preterea fauores ſunt ampliandi.vt in eo.tit.l.cum quidam.

☞ Si debitoꝛ putatiuus ꝓ muliere dotem promittat ⁊ ſoluit ignorāter mr̄imonio nō ſecuto ipſi cōdictio cōpetit ſi ſciēter eā petit mulieri ſꝫ debitoꝛ verus indiſtincte cōdictionē habebit ſꝫ eam mulieri cedendo liberabit.h.d.

Qui ſe debere. †In.l.iſta vſqꝫ ad.§.fun dus ponunt tres caſus ⁊ prim⁹ eſt talis:credebā me debere cuidam mulieri.x.⁊ in veritate nō debebā quicq̄:iuſſu illius mulieris illa. x. ſponſo mulieris ꝓmiſi ⁊ ſolui:poſtea nuptie nō fuerūt ſecute.nunquid mihi an mulieri dabit repetitio.⁊ rſidet qꝺ dabitur mihi.nam ſi nō debebā poteram me tueri exceptione doli. igit ſi ſolui re petam.Scꝺs caſus eſt talis:ſciebā me nō debere quicq̄ mulie ri:ſolui ſpōſo mulieris repetet mulier nō ego. Terti⁹ caſus eſt ponamus qꝺ vere ſum debitoꝛ mulieris in.x. ⁊ illa. x. promiſi ſponſo mulieris ⁊ ſolui ⁊ nuptie non ſunt ſecute repetā:ſed re maneo obligatus mulieri prima actione verūtñ ſi ſum parat⁹ mulieri cedere ꝫdictionē quā habeo ꝫ ſponſum liberoꝛ hoc di cit princi.hui⁹ legis:videatis expoſitionem lr̄e [qui] .ſ.ille [qui ſe debere pecuniam mulieri putabat.] ſub.ſed in veritate non debebat [iuſſu eius] .ſ.mulieris [non interceſſerunt] .i. matri monium non fuit ſecutū [potuiſſet] ſub.⁊ ſi nō ſoluiſſet mr̄imo nium nō fuiſſet ſecutū [ipſius repetiturum] ſub.qſi ſoluit ⁊ hoc eſt verū niſi eſſet mulieri donaturus vt.ſ.e.l.ſi donaturus. [ſed ⁊ ſi] incipit ſcꝺs caſus [promiſiſſet] .ſ.pecuniam ſponſo ſuoꝛ a nimo donandi mulieri [ad eā] .ſ.mulierē ptinere [ſinaūt.] inci pit tertius ⁊ vltimus caſus [⁊ ipſe] .ſ.promiſſoꝛ qui ſoluit] debi toꝛ.] ſcꝫ mulieris qui promiſit ⁊ ſoluit ſpōſo mulieris [niſi vt ce dat ei condictitiā act.] i.condic.ob cām datoꝝ.nam iſta vocat cōdictitia actio. ¶ Or ſignoꝛ ad legē iſtam opponitur dupl r̄ vno mō ſic: hic ꝺꝛ ſi puto me debere.x.mulieri:⁊ promitto illa decē volūtate ei⁹ ſponſo ſuo ⁊ ſoluo : qꝛ poteram me tueri doli exceptione igit ſi ſoluo repeto: ſed hec videt mala rō:qꝛ exce ptio doli eſt odioſa.vt.ſ.de doli excep.l.ſ.igitur non repeto. vt ſ.de condi.inde.l.qui excep.§ ſ. Ad qꝺ pōt dici ſi ſoluit ꝑ igno rantiā iuris nō repetit.vt in.l.ꝫ.ſi ſoluit ꝑ ignorantiam facti ſic vt.ſ.ad macedo.l.vlti.⁊ hic ſoluit ꝑ ignorantiam facti:vñ repe tit.vel pōt dici ſm Io.⁊ Azo.qꝺ iſta non eſt rō q̄re extraneus qui ſoluit poſſit repetere qꝛ ſe doli exceptione tueri poterat:ſed illa eſt rō qꝛ nō erat donaturus alis.vñ ſi nō ſunt ſecute nuptie ceſſat eā propter quā dedit.igit ipſe repetet non mulier:maxie quia ſi non ſoluiſſet:qꝛ doli except.ſe tueri poterat. ⁊ ideo dicit maxime qꝛ idem eſſet ſi eſſet verus debitoꝛ vt hic ꝺꝛ in verſicu. ſi autem vere debitoꝛ ⁊c. ¶ Sed denuo inſtat ⁊ opponitur ſi debitoꝛ putabat ſe debere promiſit ⁊ ſoluit:tacite videt promi ſiſſe ⁊ ſoluiſſe ſub cōditione.ſi nuptie ſecute fuerint. vt.ſ. de iu re do.l.ſꝫ.in ꝓn.⁊ ſic promiſſoꝛ non poterat ſe tueri doli excep. ad quod poteſt dici q̄ hic dicitur de doli mali excep. intelligi tur de exceptione.ſ.intentionis:nō de illa q̄ eſſet excluſio actio nis.vel pōt dici hic expreſſim dictū erat qꝺ non ineſſet illa con ditio. ſ. ſi nuptie ſecute nō fuerint: ⁊ ideo non inerat vt dicam ſ.l.pxi.⁊.ſ.de vſuris.l.videamus.

☞ Cōdictione cau.da.repetit res cū acceſſionib⁹ naturalib⁹.

Fundus. †In.§.iſto ꝺꝛ:ſi mulier ſponſo ſuo cā futuri matrimonii dedit fundum in dotem ⁊ nu ptie nō ſunt ſecute.mulier nedum fundū poterit repetere:imo ⁊ fruct⁹ fundi:⁊ idē eſt ſi mulier dedit ancillā in dotem ⁊ nuptie ſecute nō ſunt:nā poterit repetere nedum ancillā: imo ⁊ ptū. ꝫ dicit iſte.§.[non ſunt] .i.ſi non fuerit ſecutū mr̄imoniū [condi ctione] ob cāꝫ q̄ſi cā data cā nō ſecuta.[ꝺ ancilla] .ſ.data i dotē [⁊ ptu eius] ⁊ ita no.hic qꝺ in actionib⁹ ſtricti iur.ſic ſunt cōdi ctiones vt inſti.de act.§.actionū.ſiue peto q̄ nec eſt meū ſꝫ fuit meū:vt qꝛ dedi ob cām ⁊ cā non eſt ſecuta: veniunt naturales acceſſiones.i.fruct⁹ ex tpe more vt.ſ.e.l.cū quis.⁊.ſ.ſi cer. pe.l. vnū ⁊ ibi dixi ⁊.ſ.de vſuris.l.videamus.§.ſ.

☞ Datū cā dotis nō repetit donec mr̄imonium putat ſub eſſe vel ſpes eſt qꝺ contrahatur.

Quod ſeruius. †In. l. iſta ꝺꝛ : mulier erat ipubes ⁊ ſic vxoꝛ eſſe non poterat ꝫxit mecū ſpōſalia ⁊ cauſa futuri mr̄imonii dedit dotē nunqd qꝺ dedit dotꝫ noīe po terit cōdicere. dixit ſeruius qꝺ ſic : ſed iuriſconſultus neratius conditoꝛ hui⁹ legis dixit qꝺ illud qꝺ dixit ſeruius eſt intelligē dum qſi ſponſalia ſunt diſſoluta anteq̄ vtraqꝫ ꝑſona iuſtā eta tem habeat ad ꝫhēdū nup.ſꝫ ſi mulier q̄ non poterat eſſe vxoꝛ cōtraxit ſponſalia ⁊ dedit dotē cā futuri mr̄imonii quādiu non celebrat diuortiū nō ꝺꝫ illud qꝺ dedit repetere : ſed ꝺꝫ repete re qꝺ dotis noīe datū eſt ex quo deſiit eſſe ſpes ꝫhendi mr̄imo nii:vt qꝛ appet affinitas ex q alter vult diuertere : ⁊ ita ex quo certuꝫ eſt qꝺ pōt puenire in dotē denegat repetitio:alias non. hoc dicit iſta lex:videatis expōnem lr̄e [qꝺ] .ſ.illꝺ [ſcribit] qꝺ eſt illud qꝺ ſcripſit:ecce ſi inter eas perſonas ⁊c. [iuſtā etatem hēat] ſub.ad nup.ꝫhendas:qꝛ mlier nō hꝫ.xii.an vel econtra maſculus nō hēbat.xiiii.an.vt inſti.de nup.in ꝓn.[nuptie] ſ.de facto.[vt ſi diuortiū] .i.repudiū:cū diuortiū ſit inter coniuges repudium inter ſponſas.vt.ſ.de ff.ſi.l.inter diuortiū.⁊.ſ.de di uortiis ⁊ repu.l.ii.[iuſtā etatē hēat] .ſ.quantū ad ſpōſalia con trahenda vt ſi hēat.vii.an.vt.ſ.de ſpō.l.in ſpōſalib⁹ [affinitas] q.di.quouſqꝫ ſpes eſt qꝛ nuptie ſequat iter eos nō qꝺ ſint affi nes:ſꝫ ſecutis nup.ſunt caput affinitatis.vt.ſ de gradibus af fi.l.non facile.§.ſ.⁊.ii.vel exponatis.[donec inter eas maneat affinitas] .i.q̄diu non appeat ipedimentū affinitatis vl' aliud impedimentū ſup nup.ꝫhendis [repetitio nō eſt] ſignoꝛ iſtud

q̄ diu puenire pōt: aliter ſumit̄ ſm logicos: ⁊ alr ſm legiſtas ⁊ ſi iſtud q̄diu ſumit̄ ſm qđ logici ſumūt que dicunt ſi mulier dat mihi in dotē aliquid. [q̄diu] .i. quouſqʒ certū erit qđ peruenire nō poſſit: ⁊ tunc erit certū qđ pueni[r]e nō pōt: ſi mulier vel accipiens moriat̄. vñ ſm eos q̄diu vterqʒ viuit repetitio non eſſet etiamiſſo repudio: quia adhuc eſt poſſibile quod fiet hoc matrimoniū: ſʒ certe legiſte nō accipiūt hoc ſic: qꝛ etiā viua muliere ſi mittitur repudiū eſt locus repetitiōi. vt. C. e. l. j. Sed opponit̄ hic dicit̄: ſi mulier dat mihi cā futuri matrimonij nō repetit anteq̄ appeat qđ nō ſit ſpes mr̄imonij ꝯhendi ſed videt̄ qđ repetat: nōne pōt penitere ⁊ datū repetere. vt. ſ. e. l. dedi. §. ſed ſi tibi. ⁊ ſ. e. l. ſi pecuniā. in prin. Rn̄. ſm Jo. ⁊ az. qđ nō: qꝛ tunc eſt locus pnie: cū res eſt integra: at hic deſierat eſſe integra ꝯctis ſponſalibus. Sʒ denuo opponit̄ ⁊ ſignatur cōtra. vt. ſ. de iure do. l. ſʒ ⁊ l. dotē. ergo nō ſecutiſ nuptiis nō videtur res data in dotē facta accipientis: ⁊ ſic nō videt̄ cōdici: qꝛ cōdictio datur nō dn̄o. vt. ſ. de cōdi. inde. l. indebiti. ⁊ qꝛ nemo ꝯdicit rē ſuā p̄terq̄ a fure. vt. ſ. vſufru. quēadmodū ca. l. vlti. Ad qđ pōt dici qđ hic expreſſe erat dictū qđ nō eſſet l illa ꝯditio ſi nuptie ſecute fuerint: vel pōt dici vbi ſunt ꝯcta ſponſalia indubitanter ineſt iſta cōditio vt non ſecutis nuptiis ſit tranſlatum dn̄ium vt hic. ⁊ ſ. e. l. ſi extraneus.

☞ Datū ob cām futuri matrimonij p extraneū volentē ſimplr donare mulieri ſiue ſequat̄ matrimoniū ſiue nō per ipſum dantē nō repetit̄. ſʒ per mulierē. Sʒ ſi voluerit donare ſolus eo caſu q̄ matrimoniū ꝯheret̄ tunc ſi nō ꝯtrahit̄ ipſe repetit. h. d.

a ❡ L. ſi quis ⁊c. Adđ nunq̄d donatio mortis cā hoſpitali ſeu alicui religioſo fctā reuocari valeat ⁊ q̄ pacto ⁊ alia multa in materia donatiōis cauſa mortis vtilia tradit late. d. Alex. in ꝯſil. lxxxi. incip. viſo inſtro in pmo volu.

Si donaturus mulieri.

†In princ. huius legis ponuntur duo caſus. ⁊ primus eſt talis. ego eram donaturus mulieri. c. ſponſo ipſius volūtate eius pmiſi. x. ⁊ deīn nuptie non ſunt ſecute cui cōpetit ꝯdictio? certe mulieri. ſecund⁹ caſus eſt ſi ego nō erā donatur⁹ pecuniā mulieri dedi pecuniā ſpōſo ſine iuſſu mulieris hoc pacto vt ſi nuptie ſequerentur redderent̄ mulieri: aſs mihi nupt. non ſunt ſecute cui dabit̄ ꝯdi. certe mihi nō mulieri quaſi datū fuerit ob cāʒ. ⁊ cā non fuerit ſecuta. h. d. prin. huius. l. videte expoſitionem litere. [ſi donaturus.] ſub. aliquis. [iuſſu eius] ſcilicet mulieris: nec nuptie. [ſecute ſunt] .i. matrimoniū nō eſt ſecutū] mulier cōdicet] .ſ. cōdictione cā data: cā nō ſecuta. ſecus ſi nō erā donaturus mulieri: ſed putabā me obligatū mulieri ⁊ ſpōſo eius promiſi ⁊ ſolui: qꝛ tūc ego repetā nō mulier: ⁊ ſic intelligit̄. ſ. e. l. q ſe debere. in princi. vnde no. hic qđ alius ſoluit ⁊ alius repetit nec eſt nouū. vt. ſ. de ꝯdi. indeb. l. non eſt nouū. ſed hec eſt ratio: qꝛ ipſa mulier videtur ſoluiſſe. vt. ſ. de dona. inter vi. ⁊ vxo. l. iij. §. ſi debitorem. [⁊ re nō ſecuta] .i. matrimonio non ſecuto. [ego a ſponſo cōdicaʒ] .ſ. ꝯdictiōe ob cām datorū. vt. ſ. e. l. j. ⁊ ad prin. huius. l. concor. ſ. de iure do. l. ſi ego. in prin.

☞ Exceptio doli que obſtat delegāti nō obſtat ei cui facta eſt delegatio ex cā onerosa niſi quatenus ad delegantē res eſt reuerſura ſʒ delegato cōtra denegantē ſuccurritur. h. d.

Si quis indebitam.

†In. §. iſto dr̄ ego credebā dbere mulieri. c. ⁊ in v̄itate nō debebā ſibi quicq̄: iuſſu mulieris ſponſo eius illa. c. pmiſi. modo queritur ſi nup. ſunt ſecute ⁊ ſponſus petit illa. c. a me: vtrū poſſum cōtra eū vti exce. doli. ⁊ rñdetur quod nō: qꝛ iam maritus deciperet̄: qꝛ cogeretur habere mulierē indotatā: ſed agā ꝯtra ipſam mulierē vt p̄ſtet mihi indēnitatē: vel ſi nōdū ſolui: vt me liberet ab illa obligatiōe. ⁊ hec vera ſunt cū mr̄imoniū eſt ſecutū: ⁊ durat. ſʒ ſi ſolutū eſt mr̄imoniū ⁊ maritus peteret illā pecuniā: repellam euʒ doli ex. quatenus pecunia illa eſſet peruentura ad mulierem ⁊ non vltra. hoc dicit iſta lex: videatis expoſitionē litere [nō pōt] .ſ. pmiſſor contra maritū: ſi ab eo illam pecuniā peteret [quod ſit] id eſt fieret [cōdictio ei cōpetit] facta ab eo ſolutione ⁊ ſine cauſa [aut vt liberet̄] .ſ. a pmiſſione quā feci marito mulieris [marit⁹] .ſ. quondā [peteret] .ſ. pecuniā ſibi pmiſſam. [obſtare debere] .ſ. viro. [qđ mulier receptura eſſet] .i. recuperatura a viro: ſʒ in eo qđ lucraretur vir: ex pacto lucrādē dotis: non obſtabit ei doli excep. nec videtur petere ex lucratiua cauſa cum preceſſerit titulus onerosus: vt titulus dotis. ❡ Or ſignor. §. iſte vult dicere vt dixi in caſu. vñ no. hic qđ vir non cogitur vxorē indotatā habere: ⁊ ad hoc cōcor. ſ. de doli excep. l. apud. §. ſʒ ⁊ ſi mulier. item no. hic qđ non videt̄ dolū facere q ſuū cōmodū proſequitur. ⁊ ad hoc facit. ſ. de lib. ho. l. iij. §. is tn̄ qui in poteſtate. ⁊ ſ. de iniur. l. iniuriarū. in prin. ⁊. ſ. de iure fiſ. l. delatorem. ❡ Or ad. §. iſtū inſtatur ⁊ opponit̄: ⁊ videtur qđ hoc qđ dr̄ in. §. iſto non ſit ſimplr verū: imo videt̄ qđ ſi nō ſolui marito qđ obſtet ſibi doli exceptio. nā ſi non debeo tibi. x. ⁊ te mandāte aliū promitto. ſi nō ſolui defendor doli exce. vt. ſ. de dona. l. ij. §. cum vero. ⁊. ſ. de doli ex. l. apud. §. ſi quis aūt. ⁊. l. iuli. au ſi pecuniā. Ad quod vos dicitis ſi id quod tibi debeo te mādante pmitto: aut promitto ei cui eras donaturus. aut promitto ei cui debebas ſi pmitto ei cui eras donaturus indubitanter defendar doli excep. vt in. l. ꝯ qꝛ non eſt par rō ⁊c. vt. C. de codicil. l. vlti. in fi. ſed ſi credo me tibi debere. x. ⁊ te mandante pmitto creditori tuo puta viro mulieris cum dos ſit titulus non lucratiuus. vt. C. de impo. lucra. deſcrip. l. j. §. lucratiuas. ⁊. ſ. de act. ⁊ ob. l. ex promiſſione cum ille certet de dāno vitādo nō vtar excep. doli. vt hic ⁊. ſ. de nouat. l. ſi quis delegauerit. ⁊ l. doli. ⁊. ſ. de doli except. l. apud. §. ſed ſi mulier ⁊ l. pure. §. ſi eum. ❡ Sed denuo opponitur ad. §. iſtum ⁊ videt̄ ꝯdicere. l. q̄ dicit ſi cur. adulte. p adulta pmittit dotē tenet̄: ſed ſi cōuenit̄ defendit̄ exceptione q̄ten⁹ facultates adulte non patiuntur. vt. ſ. de adminiſtra. tuto. l. cum poſt. §. qui cū eſſet. in. fi. ❡ Ad qđ pōt dici hic promittebat extraneus dare dotē p marito ſi defenderet̄ doli excep. defendetur in totū vnde qꝛ marit⁹ haberet mulierē indotatā nō defenditur doli excep. ſed in. l. ꝯ. nō defendit̄ cur. adulte in totum ſed quaten⁹ facultates ei⁹ nō patiunt̄ vñ marit⁹ nō inuenitur mulierem ibi indotatam hr̄e: ⁊ ideo cura. ibi doli excep. defendit̄: vel pōt dici ſcđo mō ſm Joā. ⁊ Azo. hic extraneus putans ſe debere promiſit p muliere dotē p ſe. ⁊ ideo ſi nō ſoluit non defendit̄ exceptio. doli. ſed in. l. ꝯ. cur. pmiſit pro adulta. ſciens ſe nō teneri: ſed pmiſit rōne officij ⁊ iō defendit̄ doli excep. quatenus facultates adulti non patiuntur: qꝛ melioris cōditionis dʒ eſſe qui facit ex neceſſitate q̄ qui facit ex voluntate. vt. ſ. de his quibus vt indignis. l. tutorem.

☞ Si cā ob quā facta eſt liberatio nō eſt ſecuta repetitur pecunia ac ſi ſoluta fuiſſet. h. d.

Si mulier.

†In. l. iſta dicitur: debebam mulieri. c. ⁊ mulier erat mecum nuptura: illa mulier cā future dotis liberauit me a. c. cā dotis ꝯſtituende: poſtea nuptie non ſunt ſecute: nūquid illa. c. poterit repetere. certe ſic [cōdicet̄] p condic. ob cām [ad eum] .i. ad futurū maritū [peruenit] ſic ⁊ preſtat̄ qđ compenſat̄. vt. ſ. ſol. ma. l. ſi filio. §. ſed ſine. ⁊ hoc eſt veruʒ cum pure debebat̄: ſʒ ſi ſub conditione debebat̄: in priſtinū ſtatū reſtituenda eſt obligatio: ⁊ ſic loquitur ꝯ. ſ. l. ſi quis accepto tulerit. ⁊. ſ. de iure do. l. ſʒ in pn̄. ſed ad. l. iſtaʒ opponit̄ ⁊ videt̄ qđ ſi mulier eum cui nuptura erat liberauit. vt illa. c. haberet in dotem videtur eſſe contractus innoīatus facio vt des igitur datur de dolo actio. vt. ſ. de preſcrip. ver. l. naturalis. §. qđ ſi facio. ⁊ de dolo non datur cum alia detur vt. ſ. de dolo. l. elegāter. in prin. Rn̄. ſi mulier liberauit debitorem ſuū videt̄ cōtractus do vt des: qꝛ tale liberare pro dote habet̄ vel do vt facias ⁊ ſic hʒ locum cōdictio. vt. ſ. de p̄ſcrip. ver. l. naturalis. §. j.

☞ Datum executori vltime voluntatis ſi in cām debitā non expendit repetitur. h. d.

Si heres.

†In lege dr̄: paterfa. aliqueʒ ſibi heredem inſtituit: ⁊ iuſſit vt ille heres daret certā ſummā pecunie arbitratu liberti ad faciendum fieri monumentum ipſi teſtatori: heres dedit pecuniaʒ liberto monumentū nō fecit: nūq̄d heres pecuniā poterit condicere. certe ſic hoc dicit iſta lex: videatis expoſitionem lr̄e. [ſi heres arbitratu liberti] .ſ. teſtatoris. [cōdictione tenet̄.] .ſ. ob cām quaſi ob cauſam data cauſa nō ſecuta: vt reddat illaʒ pecuniā quā accepit vel illā quam erogauit minus. vt. ſ. de leg. ij. l. antepe. §. a te. ⁊ eſt rō qꝛ libertus vt miniſter eligit̄ vt. l. ſ. de le. ij. l. ſi quis titio. x. vnde not. hic: quod mandatum poteſt dirigi poſt mortem. vt. ſ. man. l. ſi vero. §. vlti. in fi. et hoc: quia iſtud mandatum non finitur morte.

☞ Donatione cauſa mortis reuocata res condicitur cū ſuis acceſſionibus.

Cum quis.

*†In lege iſta dr̄ q̄dā donauit tibi rē aliquā cā mortis. poſtea ꝯualuit poterit ne donator cōdicere rē donatam? certe ſic: ⁊ nedū rē donatā: imo ⁊ fructus rei ⁊ ptum rei donate: ⁊ qđ ei acceſſit. hoc dicit iſta lex: videatis expoſitioneʒ lr̄e [donator condicit] .ſ. rem donatam p cōdic. ob cām vt. ſ. de do. cauſa mor. l. ſenatus. §. nec dubitauerūt [pōt.] nā donatio cā mortis reuocat̄ tribus caſib⁹ vt. ſ. ſi certū pe. l. nō ois. in pn̄. ⁊ no. quod in hac cōdictione peto qđ fuit meū: ſed nūc nō eſt meuʒ: ⁊ in ea venit fructus ⁊ part⁹ vt. ſ. e. l. q ſe debere. §. vlti. plene dixi.

☞ Collatio ob cām facta cā nō ſecuta condicitur.

Si filius.

†In. l. iſta dr̄ ſi tu habebas duos filios vnū in ptāte ⁊ alium emancipatum ⁊ deceſſiſti inteſtat⁹. ⁊ filius emancipat⁹ volens ſuccedere cū fratre ſuo cōtulit oīa ſua bona pfecticia que habebat tpe mortis pr̄is ⁊ poſtea bonorū po. non agnouit illđ qđ dedit .i. cōtulit poterit repetere ⁊ ſʒ marcell⁹ ſcribit. h. d. iſta lex: videatʒ expoſitionē lr̄e [ſi fili⁹] .ſ. emancipat⁹ vt

C. de col.

C.de colla.l.ſilie dotē [bonoꝝ poſ.] ſ.vnde liberi [eum poſſe] ſ.id qđ dedit:hac cōdictione quaſi cauſa nō ſecuta [marcellus li.v.ff.ſcribit] ſub.ꝛ bene.ſimiliter ſi dedit quis.x. cauſa implen de conditionis ꝛ conditio nō eſt impleta poteſt repetere:vt.ſ. ea.l.in fi.ꝛ l.ſeq.et ibi dixi.

☞ Si procuratori falſo in rem ſuam ſoluatur indebitum ab eo condicitur niſi domini ratihabitio ſubſequatur.
Item ſi debitor dat alicui vt eũ faciat liberari ab eo repetitur niſi cauſa ſequatur.
Item id quod debitor tradit alicui vt nuncio ſi ad creditores non portat condictione furtiua repetitur et furti agitur.

Si procuratori falſo. †Lex iſta ꝯſueuit reputari aliquātulum difficilis:ſed non eſt difficilis ſi bene intelligatis caſum ꝛ ſummariam expoſitionē litere.ꝛ iſta lex ponit tres caſus.primus caſus loquitur in condictione indebiti.ſcđs in cōdictione ob cauſam datoꝝ. tertius loquit̃ in condictione furtiua et actione furti:lꝫ quidam aliter diuidant.Et primus caſus eſt talis:quidā dicebat ſe tuū procura.cū non eſſet.ꝛ petebat a me.x.ꝑcur.nomine ꝓ te:ego credens me debere tibi.x.ꝑ errorē tuo ꝑcur.ſolui : a quo repetam illa.x.ꝯdi.indebiti:Rñdetur ſi tu dñs habes ratum a te domino repetā condic.indebiti.ſi nō habes ratum : repetam ab illo falſo tuo ꝑcur.Scđs caſus eſt talis : in veritate debebā tibi.x. illa.x.falſo ꝑcur.tuo ſolui transferendo in eū dñium:putās me liberādum a te.tu non habes ratū : quo iure repetā a ꝑcu.certe cōdi.ob cām datoꝝ que dedi vt faceret me liberari ꝛ liberatus nō ſum.Tertius caſus eſt talis.ego.x.que debebā tibi ſolui falſo tuo ꝑcu.credens eū verum.non tamē in eū trāſtuli dominiū quo iure repetā ꝛ certe ex quo non trāſtuli dñium pecuniam ſolutā petā ꝯdi. fur.ꝛ inſuper ꝑcur.potero ꝯuenire acti. furti.h.d.iſta lex:videatis expoſitionē [ſi ꝑcura.falſo] ꝛ dr falſus ꝑcu.q nullo tpe habuit mādatum vel qui habuit:ſed reuocatum eſt:vt.ſ.de ſo.l.vero.ꝛ no.ꝙ hic eſt oppoſitio in adiecto ſi ꝑcur.eſt falſus:ergo nō eſt:vt.ſ.de ꝑcu.l.j.q: ſicut falſus modius non eſt modius:q: falſa nō ſunt:vt.ſ.de ver.ſig.l.paulus. ita falſus ꝑcur.non eſt ꝑcur.q: falſa non ſunt:vt.ſ.quẽad.teſt. ap.l.ij.§.j.ſic etiā eſt oppoſitio in adiecto:cum dico hō mortuꝰ cū mors omnia ſoluit:vt in auť.de nup.§.deinceps [non pōc] ſ.per ſoluētem.[ꝙ ſi dñs] incipit ſcđs caſus qui loquit̃ in condictione ob cām.ꝛ trāſlato dñio ꝛ ꝗto pecunia ſoluta erat debita.ꝑmus caſus loquit̃ qñ pecunia erat indebita [repetet̃.] ſ.non ꝯdictione indebiti.ſed ꝯdic.ob cām datoꝝ:quaſi cā non ſit ſecuta ꝑpter quā datū eſt:vt.ſ.dicit [nam enim] bene dico etiam ſi debita:nec enī ꝛc.[vel qđ] modo incipit tertius caſus: qui loquit̃ in ꝯdic.fur.ꝛ in act.furti.ꝛ qñ pecunia erat debita: ꝛ qñ non erat trāſlatuꝫ dñium pecunie ſolute in ꝑcu. [cū quo non tñ furti] nō manifeſti [ſed etiā condici ei poſſe] intellegit Mar.ſ.ꝯdic.inde.ꝛ male.ſed ego ſm Jo.ꝛ Azo. intelligo condi.fur.ꝛ bene.q ſoli dño competit:vt.ſ.de condi.fur.l.j.ꝛ.ſ. plene dicaꝫ. ℂ Or ſignori.circa materiā huius.l.eſt aliqñtulum inſiſtendū vos habetis hic vt dixi in ꝑmo caſu huius legis : ſꝫ.l. ꝯdicit expreſſe.C.de ꝯdic.indebi.l. creditoris. Ad ſolutionem cuius ꝯ.ita dicetis:aut ſoluo falſo ꝑcur.indebitum ꝛ dñs non hꝫ ratum.quo caſu tenet̃ procura.cōdic.inde.tranſlato dominio in eum:vt in.l.ꝯ.ꝛ in prin.huius legis. aut ſoluo debitū ꝑcura.tuo putans eū ꝑcu.tuū.ꝛ tūc datur condic. ob cām:vt in ſcđo caſu huius legis.Et ad ſol.huius ꝯ.ita ꝯſueui diſtiguere cum ſolui ꝑcur.aut ſoluo ꝑcu.q fuit verus ꝛ eſt aut ſoluo ꝑcu. qui fuit verus ſed deſiit eſſe verus.an ei q nec fuit nec eſt.in ꝑmo caſu ſi ſoluo debitū tali ſolutione liberor:vt.ſ.de ſol.l.vero. ꝛ l.tranſ.nec repeto:q: eadem ſolutio non poteſt ꝛc.vt.ſ.de ꝯd. inde.l.cum is.§.j.ꝛ.ſ.de ſo.l.qui hominē.in fi. ſed ſi ſoluiſſem indebitū repetam a dño cōdi.inde.vt.ſ.de condi.inde. ſi ꝑcura. §.ſi ꝑcur. In ſcđo caſu ſubdiſtinguo cuꝫ reuocatū eſt mādatū re integra:aut ſcio mandatū reuocatum aut ignoro:ſi ſcio mādatum reuocatū non liberor:et ſi ſciens ſolui non repeto:vt.ſ. de condic.inde.l.j.ſi ignoro mādatum reuocatū ꝛ ſoluo:ſi accipit ꝑcura.bonafide vt perferat ad dñm ipſo iure ꝑpter iuſtā ignorantiā ꝛ mandatū quod habuit liberor:vt.ſ.de ſol.l.vero. §.j.naꝫ non videt̃ falſus cū in initio mandatū habuerit. nec cēſetur falſum qđ nititur ꝑmordio veritatis:vt.ſ.de leg.ij.l. cum filius.§.heres.ſi accepit animo ꝯtandi liberor doli ex.verūtamen teneor creditori cedere ꝯdi.ſ.de ſo.l.cum quis.§.ſi debitorem. In tertio caſu ita dico aut ſoluo indebitū aut debitum:ſi indebitū ꝛ dñs hꝫ ratum:tenet̃ condi.indebi.vt in primo caſu huius.l.ſi aūt non hꝫ ratum dñs tenet̃ ꝑcu.vt in prin.huꝰ l.ꝛ ſic pōt intelligi vno modo.C.de ꝯdi.inde.l.creditoris. ſi aūt ꝑcur.falſo ſoluo debitū:hic diſtinguo: aut trāſtuli in eū dñium: aut nō:ſi trāſtuli in eū dñiuꝫ:aut putaui me liberatū aut liberandum:ſi putaui me liberatū:tunc repeto ꝯdic.inde.a ꝑcuratore.vt in.l.creditoris.aut putaui me liberandū repetā ꝯdi. ob cām.vt in ſcđo caſu huius.l.ſi nō eſt trāſlatum dñium:nō repetam ꝯdi.indebi.vel ob cām:ſed ꝯdictione fur.vel ac.furt. vt in ſi huius.l.ꝛ.C.de fur.l.falſus.Sed ꝗro quō ſcit̃ ꝙ trāſtulit dominiū vel nō:vel putauit ſe liberatū vel liberandū. Reſpōdeo ſcit̃ ex qualitate facti.ꝛ perpendit̃ ex verbis et qualitate facti ſi ꝑcur.allegat ſe ꝑcur.in rem ſuaꝫ ꝛ ſimplr ſoluo ei. veriſimile eſt ꝙ volui transferre dñium in eū.ſi ſimplr dicit ſe ꝑcura.nō: q: in dubio non eſt veriſimile ꝙ volui a me dñiū abdicare:nec preſumit̃ in eum trāſlatum dñium cum nemo preſumit̃ iactare pecunias ſuas:vt.ſ.de ꝓba.l.cum.de indebito.§.j. [perpēditur] ex verbis dum dico : do tibi iſtos nūmos volo ꝙ ſint dñi tui.videt̃ ꝙ tranſlatuꝫ ſit dñium.ſed ſi dico:do tibi iſtos nummos.tñ volo ꝙ non transferat̃ in te dñium donec ſciam ſi es ꝑcura.nam dñium ꝛ poſſeſſio poteſt ſub ꝯdic.tradi.vt.ſ.de acq. poſ.l.qui abſenti.§.ſi quis.Sed ſi queras quō ſciam me liberatum vel liberandū ex verbis ꝛ ex qualitate facti. ex verbis qñ ſolui falſo ꝑcur.dixi habes hñ oēs denarios:dixit ꝑcur.habeo bñdictꝰ deus q: ſum modo liberatꝰ a dño tuo. et ex iſtis ꝟbis apparet ꝙ putaui me liberatū.ſi aūt dixi habes denarios:ſic. fac ꝙ dñs tuꝰ mittat mihi lr̃as ꝙ liberet me : apꝑet ꝙ putaui me liberādu:ꝫ:et in dubiis nō recedimus a verbis.vt.ſ.de exer. l.j.§.ſi is.ex q̃litate facti vt ſi ꝑcu.ꝑtendat ſe ꝑcur.in rem ſuā:ꝛ dicit̃ ꝑcur.in rem ſuā cū pertineat ad eū cōmodum ꝛ incōmodum:vt.ſ.qñ ap.ſit.l.j.ꝛ tunc ſi ſolui putaui me liberatuꝫ:ſi autem allegabat ſe ſimpliceꝫ ꝑcur.tunc ſi ſolui ei putabam me liberandū:ꝛ nō liberatū donec ꝑueniſſent ad manus dñi. Ultimo quero nūqd eo caſu quo tranſtuli dñium ago condi. fur.et acti.furti.nunqd habeo ꝯdic.inde.dixit Mar.ꝙ ſic. vt in fi.huius.l.ꝛ.ſ.de fur.l.ſi vendidero.in fi.ꝛ.ſ.de ꝯdi.fur.l.qm̄.ſed certe non eſt bona opi.eius.dicebāt dñs Jo.ꝛ Azo.vbi eſt trāſlatum dñium non hꝫ furti acti.cū furtum nō fit ab eo qui eſt dominus:vt pꝫ in deſcriptione furti:vt.ſ.de fur.l.j.ſed rñ. ꝑ mar. rei ꝑpꝛie non ſit furtum niſi in falſo ꝑcura.vt.ſ.de fur.l.falſus. Sed alia ratione reprobatur eius opinio:condictio furtiua et furti ac.ꝛ cōdictio indebiti ſunt ꝯrie.condictio indebiti datur demum tranſlato dñio:vt.ſ.de cōdic.inde.l.ſi in area.cōdictio furtiua non dat̃ tranſlato dñio:q: condictio furti.ſoli dño cōpetit:vt.ſ.de condi.fur.l.j.ꝛ nemo duas actiones ꝯrias intētare poteſt:vt.C.ſi ſer.exte.l.vna.non ob.l.qm̄. q: ibi ponit duos caſus:q: in vno caſu fuit trāſlatum dñium.ꝛ tunc dat̃ ꝯdictio indebiti:in alio caſu non.ꝛ tunc dat̃ condictio furtiua ꝛ actio furti.non ob.illa ſi vendidero.q: ſimiliter ponit duos caſus vt quo caſu eſt trāſlatum dominiū non dat̃ condictio furti.ꝛ furti actio.ſed condictio indebi.quo caſu non eſt tranſlatū datur condictio furtiua ꝛ furti actio.

☞ Res data ob cauſam cauſa non ſecuta etiā ſi deſierit extare condicitur ꝛ ſi non eſt tranſlatum dominium ad exhibendum et furti ſeu condic.furti agitur.

Cum ſeruus tuus. †In lege iſta ꝗ: titiꝰ hēbat ſeruū meū ſuſpectū ne feciſſet ſibi furtum: dedi titio ſeruū meū vt ſi inueniret eū feciſſe furtū traderet iudici puniēdū:alš vt redderet eū mihi:iſte titius ſtatim habito ſeruo tradidit ſeruū ꝑfecto vigilū quaſi eū in furto deprehēdiſſet:q vltimo ſupplicio affecit eū : qua actione tenet̃ mihi titꝰ: certe ſi tranſtuli in eū dñium:tenet̃ mihi ꝯdictione ob cām:nō ad exhiben.vt ait labeo:ſed ſi non tranſtuli in eū dñium tenet̃ mihi act.furti.ꝛ ac.ad exhi.q: ꝯtauit ſeruū meū me inuito.ꝛ ſi ſciuiſſem ſciebat ꝙ ei ꝓhibuiſſem [vt ſi id] ſcꝫ furtū [redderet tibi] alš traderet prefecto vigilū [deꝑhenſum] ſ.cū non eſſet deꝑhenſus vel ꝯuictus ſummo ſupplicio [affecit] ꝙ mortē interpretamur:vt.ſ.de pe.l.vltimū ſuppliciū. ꝛ ſub. qđ facere nō debuit cū iudex de hoc non eſſet:vt.ſ.de of. ꝑfe.vi.l.ij.ꝛ.iij.§.j. vel exponatis [ſummo ſupplicio affecit] delegante ſibi prefecto vrbis qđ facere potuit cum ꝯtingat eū abeſſe:vt.ſ. de offi. eius cui man.eſt iur.l.j.vel exponatis ſm Azo.[affecit] q: bene poterat cognoſcere:q: hic non erat publicū crimē : vt.C.de of.pre.vigi.l.j.ſed non debuit eum punire capite [ages cum ei] ſcꝫ condictione ob cām qua agit̃ vt quid detur:q: eſt ꝑſonalis:vt inſtit.de actio.§.ſic itaqꝫ [oportuerat] ſcꝫ in facinore deꝑhenſus non fuiſſet:q: ſic ſe hꝫ forma dationis:vt dixi in caſu:ſed ſi eſtimaturū dediſſet hꝫ locum preſcriptis verbis actio vt.ſ.de preſcrip.ver.l.ſi dñs [exhibetur] ꝛ ſic iurat̃ in litem in actione ad exhib.quando dolo fecit quo minus exhibere poſſet:vt.ſ.ti.ꝑxi.l.in actionibus.ꝛ.ſ.ad exhi.l.celſus.§. idem iulianus ſcribit emptorē [ſed ꝑculus] redit ad primū dictū [ſed ſi tuus] redit ad ſcđm dictum [ꝓhibitum eſſe] ſcꝫ intelligeret. ℂ Or ſignor.habetis hic qui vtitur re aliena inuito dño facit

furtum: vt inſti. de ob. que ex delic. naſcũ. §. placuit. ſed quõ hic fecit furtum ſine animo lucrandi: q2 tradidit prefecto vigilum et furtum nõ fit rc. vt. j. de fur. l. j. R̃ñdeo hic eſt ſpeciale q̄ fiat furtũ ſine animo lucrãdi. ſic et alſs eſt ſpeciale in ſacco cũ pecunia ſubtractio: vt. j. de fur. l. qui ſaccũ. Uel põt dici verum eſt q̄ furtum nõ fit ſine animo lucrandi: vt in p̃allega. §. placuit. ſed hic habuit animũ lucrandi. ſiue habeat apud ſe. ſiue fiat voluntas ſua: vt hic. ſic alſs eſt ſpecies furti de alieno largiri: vt. j. de furtis. l. ſi pignore.

1 ☞ Quando ex parte dantis pecunia et ex parte dantis ſpeciem venit dari nõ eſt emptio et venditio: ſed contractus innominatus. ideo habebit locum condictio ob cauſam.

1 Dedi tibi pecuniam. †In. l. iſta dr: dedi alicui pecuniã vt corpus: vt ipſe ſtichum mihi dares: nunquid iſte cõtractus eſt emptio et vẽditio. vel do vt des. vel rerum permutatio. et videtur q̄ eſt do vt des vel rerum permutatio qd̃ ꝓbatur veruz eſſe tribus rationibus. ecce prima rõ eſt ſi ſtichus eſt mortu᷒ pecuniam poſſum repetere: q2 ideo dedi tibi vt mihi dares ſtichũ. et hoc eſt verũ ſi ſtichus eſt alienus ſeruus: et licz inutiliter dñium eius qd̃ dedi repeto. Itẽ ſi ſtich᷒ eſt tuus et tu nõ cauiſti de euicti. poſſum repetere qd̃ dedi q̄ non repeterẽ ſi eſſet emptio vel vẽditio. h. d. iſta lex: videatis expoſitionem lr̃e [dedi tibi pecuniam] nõ ad numerum: ſed vt corp᷒ in ſacculo [vtrũ id ꝯtctus genus ꝓ portione] meli᷒ diceret ſpẽs. q. d. an cõtineat ſub hoc predicabili venditio vel emptio [ꝓclivior ſum] ſub. vt ſit ꝯtctus innominatus: do vt des nõ emptio et venditio. et hoc ꝓbat eſſe verũ tribus rõnibus ſiue argumẽtis [vt mihi ſtichũ dares] ſed ſi eſſet emptio et venditio omne cõmodum et incõmodũ ꝑtineret ad emptorẽ vt. C. de peri. et com. rei vẽ. l. pe. et fi. Item q2 in ꝯtctu nominato non hz locum ob cãm ꝯdi. vt. j. de re. ꝑmu. l. j. [finge] ſecunda ratio [nõ feceris] q2 dare eſt accipientis facere: vt. j. de ꝟ. obli. l. ſi rem tradi. ſed in emptione et vẽditione non cogitur quis facere rem accipientis: vt. j. de ac. et em. l. ex empto. in princi. et. j. de ꝯhen. emp. et vendi. l. ſi ita. §. j. [repetere poſſum] ſed ſi eſſet emptio et venditio nõ repeterez qd̃ dedi ſi nõ caueres mihi de euic. ſed cõuenirem te vt duplum ꝓmitteres: vt. j. de euicti. l. ij. ¶ Or ſignori. ad. l. iſtam ſignant duo ꝯtra. et primo videtur q̄ ſit emptio: vt. j. de ꝑſcript. ꝟ. l. naturalis. in prin. in ver. in qbus ad qd̃ vos dicetis. ſi dedi pecuniam in ſacculo ſignato: eſt do vt des vt hic dr. ſed ſi cõueni dare. x. in pecunia numerata tũc eſſet emptio vt ibi. vel põt dici ſcd̃o modo: ſi conueni tibi dare x. vt corpus vt des mihi ſtichum nõ eſt emptio et venditio: q2 non tenet venditor rem accipientis facere: vt in. l. ex empto. in pñ. ſed eſt do vt des: vt hic. q2 pecunia ſic data loco ſpeciei hr̃ vt. j. de leg. j. l. plane. ſed ſi cõueni dare pecuniam ad numeruz eſt emptio et venditio: vt in. l. ꝯ. ¶ Sed denuo opponit et videtur q̄ ſi mortuus eſt ſtichus q̄ nõ repetã qd̃ dedi: vt. j. de preſcri. ꝟ. l. naturalis. §. ſi ſtichum. Ad qd̃ vos dicetis ſi ſtich᷒ eſt mortuus poſt q̄ fuit in mora dandi repetaz vt hic: ſi nõ fuit in mora et perijt ſine culpa tua et ſine dolo nõ repetam vt ibi: q2 liberatus eſt debitor interitu ſpeciei: vt. j. de ver. obl. l. ſi ex legati cã. et l. ſtichus. et l. ſi certos nũmos. vel illud qd̃ dr in. l. ꝯ. eſt intelligẽdum qñ debitor dz ex ꝯtctu innominato: q2 ꝯuenit dare ſtichum ꝑ. x. ſi. x. dedit vel ꝑ. x. dedit aliam rem inſolutũ qd̃ facere potuit. vt. C. de ꝑſcrip. ꝟ. l. precij. ſi ſtichus perijt ſine dolo debitoris et ſine lata culpa et leui: et eſt cõtract᷒ nolat᷒ et nõ repetitur quod datum eſt: ſed hic fuit cõtractus innominatus.

¶ De condictione ob turpem cauſam Rubrica.

¶ Dictum eſt in ſuperiori ti. de ꝯdic. que dat ob cãm futurã honeſtam tñ. ſed q2 aliquando datur ꝯdictio ob cãm futuraz inhoneſtam et tamen equũ eſt condictionem dari: ponit rubricam de condictione ob turpem cauſam vel iniuſtam.

1 ☞ Datum ob cãm honeſtam nõ repetit cã ſecuta: ſed datũ ob turpem cãm ſi eſt turpitudo ex parte accipientis repetitur. ſecus ſi eſt turpitudo ex parte dantis vel vtriuſqz.

1 Omne quod datur aut ob rem. Juriſcon. †tracturus de ꝯdict. ob turpem cauſam ponit quandam diuiſionem dicens q̄ omne qd̃ dat: aut ob rem futurã datur aut ob cauſam preteritam. Item ob rem aut turpem aut honeſtam. item dũ dat ob turpẽ cauſam: aut verſat turpitudo ex ꝑte dãtis tñ nõ accipientis: aut ex ꝑte accipientis tñ nõ dantis: aut ex parte dantis et accipientis: ſi dat ob rẽ honeſtã futurã: ſi nõ eſt ſecuta cã dat repetitio ſi dat ob turpẽ cãm: ſi eſt turpitudo ex ꝑte accipiẽtis tñ: etiã ſi res ſecuta ſit non ceſſat repetitio: vt puta dedi tibi ne ſacrilegium cõmittas vel ne furtũ facias vel hoiem occidas hoc ſine pecunie datiõe facere debuiſti: datur repetitio. Item ſi dedi tibi. x. vt rem meã apud te depoſitã vel vt inſtrm meũ mihi reddas: ſilr potero a te cõdicere. ſed et ſi dedi pecuniã iudici: vt ſcd̃m me iudicaret in bonaz cãm ſimiliter potero cõdicere: ſed vbi eſt turpitudo dantis et accipientis: vt q2 dedi pecuniam iudici: vt ſm̃ me male iudicaret. vel dedi ob ſtuprum cõmittendũ vel q2 in adulterio depꝛhenſus fui redemi me ceſſat repetitio: ſed ſi dat fur ne indicet q2 verſat turpitudo vtriuſqz ceſſat repetitio: ſed ſi verſat turpitudo accipientis tñ: non ceſſat repetitio: vt ſi dedi tibi ne iniuriam mihi facias. Sed et ſi do meretrici: hic verſat turpitudo dantis vñ ceſſat repetitio. vnde lz meretrix turpiter facit in eo q̄ eſt meretrix nõ turpiter facit in eo q̄ accipit cuz ſit meretrix. h. d. iſta. l. cum duabus. ll. ſeq. et pñ ſeq. vſqz ad. §. ſi tibi. videatis expoſitionem lr̃e [oẽ quod dat aut ob rem] futurã [aut ob cãm] .ſ. preteritam: vt. j. de ꝯdi. inde. l. damnus [ob rem] modo ſubijcit exẽpla [ſecuta nõ eſt] ſed ſi eſt ſecuta ceſſat repetitio: vt. ſ. tit. ꝓxi. l. j. [cõdici poſſe] q2 debebas abſtinere ſine omni pecunia tibi data: vt. ſ. de pact. l. iuriſgen. §. ſi ob maleficium. [redderes] ſub. his duob᷒ caſibus potero ꝯdicere: q2 rem depoſitam apd̃ te vel inſtrm ſine omni pecunia debebas reddere: vt. j. depoſi. l. vlti. ſed ſi dedi vt ſm̃ me rc. põt legi vt determinet verbũ pronunciaret. et tunc legetis verba ſequentia ſic [relatuz] .ſ. a quibuſdam ſed male [ꝯhit] q2 per ſimoniam vult vincere [perdere] ſub. et cõdictio ob turpem cãm ceſſat: vel põt legi vt hec dictio ſm̃ me determinet in bonam cãm. i. vt iudex ſe expediat. non aũt dabat vt ſm̃ me iudicaret: et tunc legetis ita ſequẽtia. [ꝯhit] .i. ꝯhere videtur [ꝑdere] preſumptiue. hodie ñ non licet dare iudici: vt. C. de pe. iudi. qui ma. iudi. l. j. [ob ſtuprum] cõmittendum [ceſſat eñ repetitio] iure ciuili per cõdi. ob turpem cãm. ſed dat ꝑtoria quod metus cã: vt. ſ. qd̃ me. cã. l. iſti q dem. ¶ Or ſignori. habetis hic aut verſat turpitudo ex parte dantis tñ: vt eſt cum qs dat meretrici ob ſtuprum cõmittendum. et tũc ceſſat repetitio. aut verſat turpitudo ex parte accipientis tñ. et tunc dat repetitio: vt in. l. j. huius ti. et. j. eo. l. fi. aliquando tamẽ verſatur turpitudo ex parte vtriuſqz. vt in prin. huius. l. et. ſ. vbi autem. et. l. ſeq. in prin.

1 Idem et ſi.

1 ☞ Malefactor vt indicatur poteſt quis honeſte accipere: non vt eum celet niſi ſit particeps criminis.

1 Si tibi indicium. †In. §. iſto dicit. dedi tibi. x. vt ſeruũ meum fugitiuũ: vel furem rei mee indicares. nunqd poſſum repetere. certe nõ. ſed ſi accepiſti a ſeruo meo fugitiuo. x. ne eum indicares poſſum a te cõdicere quaſi a fure: ſed ſi ipſe accepit pecuniam a me: vt indicaret mihi furem rei mee ab eo potero cõdicere: ſz et ſi quis accipit a ſeruo meo ne furtum ab eo factum indicet: ſimiliter eſt locus repetitioni ſiue indicauit ſiue non. h. d. iſte. §. cũ. l. ſeq. [ſi tibi indicium] .i. aliquid ob indicium [nec eñ turpiter accepiſti] ſub. ſed accepiſti datum loco tui ꝓprij laboris: vt. ſ. quod me. cã. l. metum. §. lz [accepit] vt indicaret rem furtiuã. ¶ Or ſignori. habetis hic vt dixi in caſu: et ita colligit hic q̄ nemo tenet indicare furẽ: vnde q2 verſat turpitudo ex parte vtriuſqz ſi datur pecunia vt indicetur ceſſat repetitio: vt. ſ. e. l. in prin. et. j. e. l. vlti. ſed q2 non tenetur indicare non turpiter accepit. vt hic. et. j. de preſcrip. ver. l. ſolet.

1 ☞ Datum ex iniuſta cauſa repetitur.

1 Perpetuo. †In. l. iſta dicit: ſi aliquis accepit aliqd᷒ ex iniuſta cauſa ab aliquo poteſt repeti ſm̃ ſententiam ſabini in qua ſententia [celſus eſt]. Signori. hoc videtur intelligẽdum cum domin᷒ dat ob turpem cauſam. et verſatur turpitudo ex cauſa accipientis tñ. et tranſit dominium in accipientem. ſed ſi daret alienam rem ob turpem cauſam non transfert plus iuris in alium q̄ ipſe habeat: vt. j. de acquiren. rerum domi. l. traditio. vnde condicet ſi rem alienaz dedit. ſed ſi dominus dedit ſuam non condicet ſi extat: quia nemo condicit rem ſuam preterquam a fure. ſed ſi cõſumpta eſſet vendicaret. vt. ſ. ſi certũ petatur. l. ſi et me.

1 ☞ Pecunia violenter ſoluta ex promiſſione etiam violenta repetitur.

1 Ex ea ſtipulatione. †In. l. iſta dicitur. ſi compuliſti me per vim tibi. x. promittere et ſoluere poſſum repetere [conſtat] ſub. per condic. ob tur. cauſam. et per act. quod metus cauſa. vt. ſ. quod met. cauſa. l. metum. §. ſed quod pretor. ſecus ſi per vim promiſiſti et poſtea ſponte ſoluiſti non datur repetitio: vt. j. l. proxi. et. C. quod metus cauſa.

l.§.z l.cum te.

Promiſſum ex cauſa turpi ex parte recipientis: ſi ſoluatur cauſa finita non repetitur. ſed quando eſt turpitudo ex parte vtriuſq; ſiue cauſa ſit finita vel non ſolutum non repetitur.

Si ob turpem cauſam. †In l. iſta dicitur. promiſiſti tibi dare. x. ob turpem cauſam: ſi illa x. petat a me tutus potero eū repellere doli exce. tamen ſi ſponte ſolui nō poſſum repetere: q2 ſublata eſt proxima cauſa ſtipulationis: que ſtipulatio erat inanis per ſtipulationē cum turpitudo ſupereſſet. ſed ſi promiſi tibi per ſtipulationem aliquid. z verſatur turpitudo ex parte vtriuſq; indubitanter ſi conueniat me repellam eum exceptione: q2 in pari cauſa turpitudinis melior eſt cōditio poſſidentis: etiam ſi ex ſtipulatione ſolutum eſt. h. d. iſta lex. vide atis expoſitionem litere [tamen ſi ſoluerit] ſ. poſtea ſponte. ſecus ſi vi. vt. ſ. l. pxi. ſecus tamen ſi ex cā ex qua deſcendit ſtipulatio z ſolutio vbi ex turpi cā promiſſo per ſtipu. turpis cā pcedit ſtipulationem. z inducit exceptionem ſi agatur ex ſtipulatione. ſed ſi ſponte ſoluo tollitur proxima cauſa turpitudinis. i. exceptionis: q2 in pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis: vt. ſ. e. l. iii. z l. iiii.

Qui pecuniam recipit vt faciat id quod gratis facere tenetur turpiter accipit.

Boue autem ſubrepto. †In. §. iſto dẜ ſi ſubtraxiſti mihi bouẽ furtiue: ⁊ illũ occidiſti: poſſum te cõuenire ad eſtimationẽ totius bouis. i. poſſum cõdicere bouem: ⁊ carnẽ ⁊ coriũ: ſed ſi coriũ ⁊ caro ſubtracta ſunt ab alio ꝙ̃ a fure inuito dño cõdicã ſolum cornua. verũtñ ſi egi ad eſtimationẽ totius bouis: ⁊ eam ſum aſſecutus nõ poſſum agere de corio ⁊ carne. ⁊ ſi ago repellor exceptione. ſed ſi agi de corio: ⁊ pretiũ corij ſum conſecutus ad eſtimationẽ totius bouis poſſum agere. verũtñ ſi fur offerat mihi pretiũ toti⁹ bouis detracto pretio corij ſubmouebor exceptione doli mali. Idem eſt ſi ſubtraxiſti mihi vuas furtiue: nõ poſſum te conuenire condic. furtiua de vino ⁊ vinacia.

☞ Liber factus ex veteri contractatione condictione furtiua non tenetur.

Quod ab aliquo ſeruus. †In. l. iſta dẜ ſi ſeruus tuus ſurripuit alicui rẽ eius noĩe liber factus teneẜ furti actiõe directa: cõdictione vero furtiua nõ tenetur niſi liber factus ꝯtractauerit. h. d. iſta. l. videatis expoſitionẽ litere. [qð ab alio ſeru⁹ ſurripuit] .q. d. nõ a dño: q2 ſec⁹ ſi a dño ſurripuit. nã nõ teneẜ niſi de nouo factus liber ꝯtractauerit. vt. C. de nox. l. i. [teneẜ] q2 noxa caput ſequiẜ. vt inſti. de nox. §. ſunt. [ꝯtractauerit] quare q2 cõdictio furtiua nõ eſt ex ꝯtctu vel quaſi ex delicto vel quaſi. vt. ſ. e. l. ſi pro fure. in ſi. plene dixi. ergo contra eum non datur niſi liber factus cõtractauerit: vt hic dicẜ.

☞ In hac actione periculum interitus pertinet ad furem indiſtincte ſed in actionibus deſcendentibus ex contractu habetur ratio culpe ſecundum naturam contractus. hoc dicit.

Qui furtum. †In. l. iſta poniẜ caſus talis. cõmodaui tibi rẽ aliquã ad certũ vſum: vel depoſui apud te rẽ aliquã vſus es re cõmodata ad aliũ vſum: vel vſus es re depoſita facis furtũ ⁊ teneris furti ⁊ cõdictiõe furtiua: ⁊ eſt vtilitas qð poti⁹ cõueniã te cõdictione furtiua ꝙ̃ cõmodati vel depoſiti: q2 in cõdictione furtiua etiã ſi ſine dolo vel culpa res interierit fur teneẜ cõdictione furtiua: q2 ſemp eſt in mora: ſed i actione cõmodati nõ teneẜ vltra culpã latã leuẽ ⁊ leuiſſimã: ⁊ in actiõe depoſiti is qui cõueniẜ nõ teneẜ vltra dolũ niſi culpa ꝓceſſerit caſum. h. d. iſta. l. videatis expoſitionẽ litere. [ei⁹] ſ. furis [cõdictiõe] ſ. furtiua [tñ teneẜ] q2 fur reipſa eſt in mora. vt. ſ. e. l. in re. [culpam] ſcꝫ latã leuẽ ⁊ leuiſſimã. vt. ſ. cõmo. l. ſi vt certo. §. nũc [dolum] ſ. ⁊ latã culpã: q̃ equiparaẜ dolo. vt. ſ. depoſiti. l. qð nerua.

☞ Mora purgatur oblatione ⁊ nouatione.

Parui refert. †In. l. iſta dicẜ ſi tu ſubtraxiſti mihi rẽ furtiue teneris cõdictione furtiua hoc modo ſiue offeras rez furtiuam ⁊ volo acquirere ⁊ res periit ſiue ſum ſtipulat⁹ aio nouãdi. nec ob. qð fur ſemp eſt in mora: q2 cũ ſum ſtipulatus ab eo animo nouãdi quicquid ex cauſa furtiua tenetur mihi dare videẜ mora ſublata [furtiuus] ⁊ ad illud accedit. C. e. l. ii. ⁊. ſ. e. l. in re furtiua [transferatur] ſcilicet condictio furtiua. ⁊ cuſtodiatis vos hic: vt non intelligatis ꝙ ſtipulatus fuerim rem meam: q2 rem meam non poſſum ſtipulari: ſed ſtipulatus fui animo nouandi quicquid te ex cauſa furtiua dare ⁊ facere oportet vt. ſ. de verbo. obliga. l. ſcire debemus. §. ſi a fure. [fuerit] vt. ſ. de ſolu. l. qui hominem. §. ii.

☞ Creditor falſus accipiẽdo ſcienter indebitum furtum facit ⁊ condictione furtiua ſoluenti tenetur.

Quoniam furtum. †Signor. ne lex iſta videatur ꝯdicere ſibi ipſi dicetis ꝙ iſta lex ponit duos caſus. vnũ in quo nõ fuit tranſlatũ dñium. aliũ in quo fuit trãſlatũ dñium. ⁊ ſic in primo caſu fuit erratũ in perſona. ⁊ tũc nõ daẜ cõdictio furtiua. ſcðo caſu fuit erratũ in cã. dicit ergo hec lex hic ſi ſolui tibi nũmos indebite: ⁊ tu ſciẽs accipis in te nõ tranſit dñium: ⁊ tñ teneris furti. ſꝫ quid ſi ꝓcur. mei debitoris tibi ſoluit nũmos indebite: putans te creditorẽ meum ⁊ non eras ſed alius: q2 errauit in pſona non trãſtulit in te dñiũ: ⁊ daẜ ei cõdictio furtiua. Scðs caſus eſt talis ponamus ꝙ putabat te creditorẽ: ⁊ ſoluit ex aliqua cauſa qua credebat ſe teneri tranſtulit in te dñium ⁊ non daẜ ei cõdictio furtiua: ſed indebiti condictio. Sꝫ ſi ego dñs ratũ habeã: daẜ mihi dño indebiti cõdictio: ⁊ ſi altera condictione actũ eſt ⁊ altera tolliẜ. h. d. iſta. l. videatis expoſitionẽ litere. [ſciens accepit] in ſe dño non tranſlato [ſi procu.] ſcꝫ debitoris [ipſum] ſcꝫ ꝓcuratorẽ [ex cã furtiua] q2 intelligo nõ tranſlato dño: puta q2 errauit in perſona creditoris: vt. ſ. de fur. l. ſi quis vxori. §. ſi tu titium [datum ſit] ſcꝫ cum erratum ſit in cauſa: non in perſona [ſed altera] ſcꝫ furtiua. [altera] pone indebiti [tollitur] q2 ſunt ꝯria. nam indebiti condictio datur tranſlato dño: condictio vero furtiua datur non tranſlato dño. vnde intendi ſimul non poſſunt: quia ſunt ꝯria vt. C. de furtis ⁊ ſeruo cor. l. i. ⁊ ita non facit hec lex ꝓ op. mar. vt no. ſ. de condic. ob cauſam da. l. ſi procuratori.

☞ Condictio furtiua datur cum adiectione de peculio.

Qui filia ex perſona filie. †In. l. iſta dẜ ſi filia tua amouit res cauſa futuri diuortij agam ꝯ eam act. rerũ amotarũ. ⁊ ea cõdemnata dabiẜ mihi actio iudicati ꝯ te de peculio h. d. iſta lex. videatis expoſitionem litere [dãdã] lata ſñia contra filiam [reſpondit] ſi peculium ſcꝫ locupletius eſt. ⁊ quia in iudicio quaſi contrahitur. vt. ſ. de pecu. l. licet.

☞ Fur ſemper eſt in mora ideo ad eum ſemper ſpectat periculum interitus.

Licet. †In iſta lege dicitur ſubtraxiſti mihi rẽ meam furtiue: licet paratus fueris ſuſcipere condi. furtiuam: dum res extabat ⁊ ego noluiſti te conuenire: ſi poſtea periit res tibi furi nõ mihi domino perit niſi mihi offeras: q2 fur ſemp in mora eſſe itelligiẜ. h. d. [excipere] .i. ſuſcipere [cõdictionẽ] ſcꝫ furtiuaꝫ [perempta eſt] ideſt res deſiit eſſe in rebus humanis [facere] vt. ſ. e. l. in re furtiua. §. ſi ex cauſa. ⁊. C. de fur. ⁊ ſeruo cor. l. ſubtracto. ſed ſi fur offert liberatur poſtea interitu ſpeciei. vt. ſ. e. l. parui refert. ⁊ ſecundum hoc non ob. ſ. de pericu. ⁊ commo. rei ven. l. illud.

¶ De condictione ex lege Rubrica.

¶ Quia ſicut condictio furtiua eſt irregularis ⁊ anomala: ita cõdictio ex lege eſt irregularis ⁊ anomala. ideo cõſequẽter ponitur de condictione ex lege. ⁊ ſub. videamus qñ habeat locũ.

☞ Obligatio quando per legem ciuilem inducitur immediate nec exprimitur actio condictione ex lege agitur. h. d.

Si obligatio lege noua. In. l. iſta dicitur †vbi noua obligatio introduciẜ a lege veteri vel noua: nec eſt cautum quo genere actionis agatur: datur ex lege cõdi. [noua introducta ſit.] Hec litera põt dupliẜ. ⁊ vno modo ꝙ hec dictio noua terminet verbum obligatio. ⁊ tunc exponetis ita literam. ſi obligatio le. noua. ſub. vel veteri. ⁊ ita vbi obligatio de nouo introducitur ex contractu vel quaſi: ex delicto vel quaſi: ex noua le. vel veteri: nec eſt cautum quo genere actionis agatur datur

datur ex lege cōdictio vt hic. ⁊ .ſ. de act. ⁊ ob. l. quoſ. Vel pōt legi ꝙ hec dictio noua determinet verbū. l. ⁊ nūcupamus nouaʒ legem latā poſt. l. xii. tabu. Sed vbi ſunt exēpla ꝙ obli. inducat noua le. vel veteri. exemplū de veteri. vt ſit cautum quo genere actionis agatur. ⁊ ita detur cōdictio ex lege. eſt exemplū de lege noua: ſi nudo pacto conueniſti donare: nō teneris donare. vt. C. de dona. l. ſi quis ar. ⁊ ſi queraƭ qua actione agatur. dr̄ ꝙ agetur condic. ex lege illa. Item eſt exemplū in ſalario cōſtituto aduocato nudo pacto. vt. C. de ſuffragio. l. vna. Item poteſt notari exemplū ſi heres cōuenitur de legatis ⁊ ſoluit ꝙ recuperat a vero herede. non dr̄ qua actione. certe cōuenit condic. ex lege. vt. C. de peti. here. l. ſi. Item eſt exemplum vbi heres fecit inuentariū. ⁊ primo ſatiſfecit legatariis. ſi poſtea veniant creditores qui certant de dāno vitando aduocabunt a legatariis ꝙ eis ſolutū eſt: qui certant de dāno vitādo: nō dr̄ qua act. agent condi. ex lege illa. C. de iure deli. l. ſcimus. §. finautē. exemplum de lege veteri pōt notari ſic. ſi tu accuſas me de adulterio vel de crimine leſe maieſtatis: in quo ſeruus meus pōt torqueri cōtra me. vt. C. de qōnibus. l. i. ⁊ ipſe ſeruus poſitus in tormentis mortuꝰ eſt in qōnibus ⁊ ſum abſolutus dimidia eſtimationis ſerui eſt red dēda mihi. vt. ſ. ad. l. iul. de adult. l. ſi poſtu. in ſi. ⁊ l. ſe. nō ob. ꝙ illa lex eſt vetꝰ nā poſt. l. xii. tab. facta ē a iulio ceſare.

De condictione triticaria Rubrica.

Non ſolum ſupradicte condictiones ſunt irregulares: imo ⁊ iſta: qꝛ iſta interdum datur pro pecunia. ⁊ dicitur triticaria: qꝛ primo ab euentu eſt inuēta pro tritico authore eſt inuenta: ſicut lex aquilia ab aquilio authore. vt inſti. de act. §. ſed qꝛ ſane. vnde de condictione triticaria qñ hʒ locum: ⁊ qñ ceſſet videamus ⁊ ſubiciamus. de quo dicitur. ſ. e. l. i. ⁊ ii. ⁊ cuius temporis eſtimatio ſit ſpectanda de quo dicitur. ſ. e. l. penul. ⁊ l. vlti.

1 Condictio triticaria locum habet pro omni re excepta pecunia numerata ſiue certum ſiue incertum ſiue dominium ſiue poſſeſſio petatur. hoc dicit.

1 Qui certā pecuniā nuñ. ✝ In. l. iſta cum. l. ſe. tractatur quando ceſſet triticaria: ⁊ quādo habeat locū. ⁊ certe ſi tu es meus debitor in pecunia numerata non petam illā pecuniam condic. triticaria. ſed illa act. ſi certum petatur. ⁊ ita ceſſat condic. triticaria pro pecunia numerata: habet autē locum pro omnibus aliis rebus. vnde ſi teneris mihi dare rem conſiſtentem in menſura vel pondere: ſiue ſit mobilis ſiue ſit ſoli. vnde ſi teneris mihi dare fundum proprium vel vectigalē nō vſumfru. vel ſeruit. poſſum a te petere condicti. triticaria: ſed ſi tu poſſides rem meā non petā eam condic. triticaria: niſi de ea ſit factum furtū vel rapina. Sed ⁊ ſi deiecisti me de fundo meo per vim potero petere fundum cōdic. tritica. ſi eram dñs. ſed ſi eram bone fidei poſſeſſor: potero cōdicere fundi poſſeſſionem. hoc dicit iſta. l. cū. l. ſeq. videatis expoſitionē litere. [qui certam pecuniam] ſtricte ergo hic poniƭ nomen pecunie cum dicitur numerata. vt. C. de proba. l. i. ⁊ ſic pro frumēto ⁊ pro aliis rebꝰ q̄ cōſiſtunt in pondere ⁊ mēſura datur vt. ſ. ſtatim dicā [certū petaƭ] arg. huius. l. dicunt quidā ꝙ eſt ꝑprīū nomen actionis: qꝛ per eam petitur pecunia numerata: ⁊ ſic exponunƭ rubrice. ſ. ſi cer. peta. ſed nos dicimus ſm Io. ⁊ Azo. ꝙ eſt ꝑprīū nomen actionis ⁊ pecunia petiƭ non illa act. ſi cer. pe. ſed certi cōdi. generali. vt. ſ. ſi cer. peta. l. certi con. vnde exponimus ſi certū petaƭ. i. certi condi. generali. per quā certū petiƭ. vnde condic. triti. ⁊ condic. certi generalis hñt ſe vt excedēns ⁊ exceſſa. vt plene not. ſ. ſi cer. pe. l. certi cond. [petet] .i. petere pōt. [ſiue in rē] .i. in ſpē vel in corpe [⁊ ſi vectigalis ſit] .q. d. ſiue ſit ꝑprius fundus illius ſiue ſit vectigalis. ⁊ dr̄ ager vectigalis. vt. ſ. ſi ager vectigalis. l. i. [ſiue ius] .i. ſeruit. ꝑſonalē vel ꝑdialē. nā ⁊ vſumfru. poſſum condicere. condi. triti. ⁊ hoc. ſ. dicā. vñ not. hic drīam inter corpalia ⁊ incorpalia: rē incorporalē meā. vt vſumfru. poſſuʒ petere triticaria: ſed rem corporalē vt fundū meū: non poſſum petere triticaria: niſi a fure vel raptore. ⁊ hoc ſtatim. ſ. dicā [rē aūt ſuā] ⁊c. [ex cauſa furtiua] ſcʒ ⁊ ita a fure. [vel immobili re accepta] ſcʒ ⁊ ita a raptore. ⁊ ad iſtud accedit. ſ. vſufr. quēadmodū ca. l. vlti. ⁊ inſti. de act. §. ſic itaqꝫ. [ſed ei] .i. ab eo. poſſe funduʒ] .i. dominium fundi [condici a dño fundi cōdictione triticaria. ⁊ ita celſus ſcribit. [ſed ita] ſcʒ pōt condici condic. triticaria a raptore. [condicat] .i. qꝛ petit fundum eſt dominus [ait] ⁊ tunc petit fundi poſſeſſionem reſtitui ſibi: qꝛ bone fidei poſſeſſor eſt ⁊ ita not. ꝙ condic. triticaria datur dño ⁊ bone fidei poſſeſſori. condictio vero furtiua datur dño ſoli vel eius heredi. vt. ſ. de condictione furti. l. i. not. Item no. ꝙ condi. triticaria eſt poſſeſſorum iudicium vt hic. ſicut indebiti cōdictio. vt. ſ. de cōdi. indebiti. l. indebiti condictio. §. ſed ſi nummi. ⁊ ſicut eſt condictio ex lege. C. de agri. ⁊ cenſi. l. ſi coloni.

1 Si tempore ſententie vel tempore mortis res plurimi fuit illud tempus inſpicitur quanti plurimi fuit a tēpore more. h. d.

1 In hac actione. ✝ Signor qꝛ lex iſta vnū vr̄ dicere in ꝑnci. vnū in medio. vnū in ſi. vos no. ita caſum in terminis peto a te rem aliquā mihi dari condic. triticaria res illa vel deterior facta eſt vel deſiit in rerū natura eſſe: in eſtimatione cuius tpīs iudex cōdemnabit te. dixit ſeruius. aut res extat ſed deterior facta eſt: ⁊ tunc iudex ſequetur eſtimationē que eſt tpe condemnationis: aut res deſiit eſſe in rerū natura. ⁊ tunc iudex ſequetur eſtimationem que eſt tempore mortis: ſed certe celſus hoc reprobat ⁊ etiā Vlpia. autor huius. l. quia vbi petitur res que deſiit eſſe in rerum natura ſi ſpectareƭ eſtimatio que eſt tpe mortis deduceremus rē ad exiguū pretium. pone ſeruum meū pretioſum vulnerasti in vltimo momēto mortis nullius pretii eſt. vnde ſi ſpectareƭ tpīs mortis deduceremꝰ rem ad exiguū pretium. ⁊ ideo dicit iuriſcon. celſus ſi peto a te certi condi. triticaria rem ⁊ res que petiƭ extat: ſed facta eſt deterior vel deſiit eſſe in rerū natura: ꝙ iudex dʒ te condemnare quanti erat ante tpīs mortis: ſed ſi debes ſeruū ⁊ eū tradis eluſcatū indubitanter non liberaris: qꝛ ex vi prime actionis teneris de dolo. ⁊ ideo ſi tractaƭ de eſtimatione ſerui facienda tpe condemnationis faciēda eſt quāti fuit a tpe more. vel cepit plurimi eſſe. h. d. iſta lex. videatis expōnē litere. [in hac actione] .i. in triticaria condictione alias in hac act. i. per hanc act. triticariā [recipiet] ſub. ſi deterior facta eſt: vel deſiit eſſe in rerū natura [verius eſt] ſm ſeruiū ⁊ ſuos ſequaces: ſed non eſt verū ſm celſum. ſed verius eſt .i. verum ſic ⁊. ſ. de nego. geſt. l. heres [cōdemnationis tpa ſpectandū] ideſt cum res extat: ſed deterior facta eſt [mortis tempus] ſub. eſſe ſpectādum. [ſed etiam] hoc reprobat celſus [antea] .i. ante tpīs mortis ꝙ tpe mortis: quo ad habendā rōnem deteriorationis [ad exiguum] .i. ad modicum. [in vtroqꝫ caſu] ſcʒ cū extat ⁊ deterior facta eſt. vel cum in rerū natura eſſe deſiit. [res ſit facta] ſub. ⁊ quanti plurimi fuit a tpe more [nec liberari eum] ſub. ab act. de dolo. vt. ſ. de do. l. ⁊ elegāter. §. non ſolū. liberaƭ tñ a prima actione. vt. ſ. de ſolu. l. qui ſibi. in fine [reducenda eſtimatio.] vt cōdemneƭ quāti erat a tpe more: vel quanti plurimi cepit eſſe a tempore more. vt. ſ. de condic. furtiua. l. in re furtiua. Or ſignor dñs Azo ſcripſit hic quandā magnam gl. ⁊ raro inuenietis ita magnā glo. ⁊ indubitanter multa bona dixit ſi artificioſe locutus eſſet: tñ artificioſe loquar ⁊ breuiter nihil de his que ſcripſit omittendo. Et ad. l. iſtam op. cōuincitur tribus rōnibus ſtare nō poſſe. ⁊ prima rō eſt illa: ſi rem mobilē rei ven. vel triticaria condictione peto dari: qño repetita iudex cōdemnabit in eſtimatione. nā ſtultus eſt iudex: qui vno petito in alio cōdemnat. vt. ſ. cōi di. l. vt fundus. ⁊ . C. de fideicom. lib. l. vlti. breuis eſt rñſio. verum eſt ꝙ ſi res exiſtat ⁊ non eſt deterior facta: ⁊ non intereſt creditoris potius ꝯdemnari in re ꝙ̄ in eſtimatione, ꝙ tunc eſt ſtultus iudex qui vno petito in alio cōdēnat. vt in. l. contra. ſed ſi facta eſt res deterior vel deſiit eſſe in rerū natura: tūc potius intereſt creditoris in eſtimationē fieri cōdemnationem ne mora debitoris noceat creditori vt hic. ⁊. ſ. de dolo. l. arbi. §. i. ⁊ argu. ſ. de leg. i. l. ſi domus. §. qui cōfitetur. Secundo inſtatur ⁊ op. ad legem iſtam ſic. lex iſta ꝯdicit ſibi ipſi. nam in prin. dicit tpīs cōdemnationis eſſe ſpectandū: ſi res extat vel ſi non extat tpīs mortis. in medio dicit nō eſſe ſpectandū tpīs mortis: ſed tpīs quāti plurimi fuit. in fine dicit eſſe ſpectandū tempus more. Ad qḋ dixit dñs Azo multa que nō ſunt digna recitatione ⁊ vno modo ſic vt in princi. l. loquaƭ: qñ debitor hʒ iuſtā cām litigādi in medio loquiƭ cum res perēpta eſt: ⁊ debitor nō habet iuſtā cauſam litigandi. in fine ſiſt loquiƭ qñ debitor nō hʒ iuſtā cām litigandi. nam ⁊ als hoc cōſideratur. vt. ſ. depoſiti. l. ſi in aſta. ⁊ l. ſi plures. ſed hoc nihil eſt dicere: qꝛ ſi debitor hʒ iuſtā cauſaʒ litigādi: vel non dolo deſiit poſſidere de interitu non teneƭ ſi eſſet eodē modo peritura penes creditorem: vt apud debitorē. vt. ſ. de pac. l. ſi plures. ⁊. ſ. de rei vend. l. vtiqꝫ. ⁊ l. itē ſi verberatū. §. vl. ⁊. ſ. de peti. he. l. illud. ⁊ l. vtiqꝫ. ⁊ l. ſeq. alio modo dixit ⁊ ſic: ꝙ refert aut ago certi condi. triticaria. ⁊ tunc prin. l. ſpectatur: aut ago ſtricti iuris ex ſtip. ⁊ tunc mediū ⁊ finis inſpicitur. ſed nec hec ſolu. placet cum cōdictio triticaria alš certi cōdi. non numereƭ inter bone fidei act. vt. ſ. de act. §. actionū. ⁊ ideo ſpretis his omnibus ſo. dicetis qḋ ſi res extat inſpicitur tpīs cōdemnationis: ſi nō extat inſpiciƭ tpīs mortis. vt in prin. l. ⁊ hoc ſm ſeruiū. Sed ſm opi. celſi prin. l. determinatur ⁊ reſtringiƭ per mediū ⁊ finē. l. ſe. vt tpīs ꝯdemnatiōis ſpectetƭ: qñ nō erat res facta deterior. nec poſtea plurimi fuit. Itē qḋ dicit tpīs mortis eē inſpiciēdū qñ res nō extat determinaƭ

per mediū:vt inſpiciat quanti plurimi fuit a tpe more vſq; ad tpꝰ mortis.non aūt preciſe conſideratur tpꝰ mortis:ne ad viliſſimū pretiū deducat:vt ex exemplo poſito in caſu potuiſtis perpendere. ¶ Sed tertio inſtat ⁊ op.ad legem iſtam: q; hic dicitur ꝙ circa eſtimationē faciendam:debet inſpici tpꝰ more. Sed videt aliter diſtinguendū.⁊ videt ꝙ in bone fidei actio. inſpici debeat tpꝰ rei iudicande ⁊ in ſtricti iuris tpꝰ lit. conteſta.vt.j.cōmo.l.iij.§.in hac.⁊ triticaria condic. non eſt bone fidei:q; non connumeratur inter bone fidei acti.vt inſti. de acti. §.actionū. Ad qđ dñs Azo reſpon.⁊ vadit per ambages.dicit ipſe in bone fidei act.ſpectatur tpꝰ rei iudicande.i.tpꝰ more. ⁊ hec cōdic.triticaria lꝫ ſit ſtricti iuris:tamen ꝓponebat loco bone fidei actio.vnde dꝫ eſſe eius nature ſicut eſt illa in loco cuiꝰ ꝓponitur.vt ar.ſ.ſi quis cauti.l. ſi eum.§.qui iniuriarū. Sed ſi triticaria ſubrogaret in locum ſtricti iuris: tunc obtineret qđ dicitur in.l.cōtra.nam ſicut certi cō.eſt generalis ⁊ pōt ad oīa certa dari:ſic ⁊ iſta pōt dari ad oia certa ⁊ incerta: preterꝙ ad pecuniam.vt.ſ.e.l.j.ſed hoc eſt diuinare. Item lꝫ quo ad quid actio ſit eius nature in locū cuius ſurrogat non tñ memini me legiſſe:ſi actio ſtricti iuris ſurrogat in locū bone fidei actionis qđ ideo ſit bone fidei.alij voluerunt dicere in bone fidei actionibus inſpicitur tēpus rei iudicande.i.vſq; ad tēpus ſententie. in actio.ſtricti iuris inſpicit tēpus litis conteſta.i.vſq; ad litem conte.ſed qualr tpꝰ lit.conte.intelligūt.dixit dñs Azo.ſi ipſi intelligant tēpus lit.cōte.vt ſi ante fuit in mora qđ illud tpꝰ non ſpectetur male intelligunt per legem iſtā ⁊ per.l.j.l.proxi.ſed ſi ipſi intelligunt tpꝰ lit.cōte.vt ſi ante lit.conte.non fuit in mora ⁊ poſt lit.conte.fuit in mora: qđ non ſpectet illud tēpus hic remordet conſcientiā meam:q; debet ſpectari vſq; ad tēpus rei iudicande.vt.ſ.de rei ven.l.iul.ſed iſta ſunt bona verba:non tñ faciunt ad rumbū.aliū dixerunt qđ aut ſpēs petit ⁊ obtinet qđ hic dicit.aut petit quantitas ⁊ obtinet qđ ibi dicit.ſed nec hec ſo.placet:q; ille.§.in hac.loquit in ſpecie que hꝫ cōmodari non in quantitate que nō cōmodat niſi ad pompā.vt.j. cōmo.l.iij. ⁊ ideo vos dicetis ſic ſpretis omnibus alijs ſolutionibus: in actionibus bone fidei vel ſtricti iuris: ſi peto rem principalem vel eſtimationem rei principalis conſideratur tpꝰ rei iudicande:qđ eſt tēpus more.⁊ quanti plurimi fuit a tēpore more.⁊ ita loquitur lex iſta ⁊.ſ.ad exhi.l.iul.ſcribit ſi hominem.ſed ſi peto acceſſionem naturalem:puta frumentum.tunc inſpicitur tempus lit.conteſta.vt.j.de vſuris.l.videamꝰ.§.in funeraria actione.⁊ ſic loquitur lex cōtra.Et ad ſolutionē iſtius contrarij:⁊ vt plene liqueat articulus iſte ita diſtinguendū eſt vt cōſuevit diſtinguere:cum quis petit eſtimationē ⁊ acceſſionem rei principalis petit quis rem principalē:ſi petit rem debitam que extat certi condictione triticaria.petit intereſſe cum factum eſt in obligatione.vt.j.de verbo.obliga.l.ſi fundum. petit quis eſtimationē rei principalis cum res non extat.petit quis rem ⁊ acceſſionem rei principalis:ſi petit rem commodatam ⁊ eius acceſſionem:vt q; locauit exemplar.vel ſi petit certam quantitatem ⁊ eius vſuras.petit quis eſtimationem ⁊ acceſſionē:ſi petit eſtimationē rei que perijt ⁊ fructus.vbi quis petit rem principalem vel intereſſe:vel eſtimationem rei principalis:ſiue agit actione bone fidei ſiue ſtricti iuris debet fieri condemnatio quanti eſt tempore more ⁊ quāti plurimi cepit eſſe a tēpore more in actione ſtricti iuris vt hic.⁊.ſ.de condic.furtiua.l.in re furtiua.in bone fidei actione.vt.j.commo.l.iij.§.in hac.⁊.j.de verborum obligationi.l.ſi ex legati cauſa.⁊.l.ſi fundus. ⁊ inſpicitur tempus more:cum mora preceſſit litis conteſta.tunc inſpicitur tempus litis conteſta.vt.ſ.ſi certum petatur.l.vinum.⁊.j.l.proxima.Si autem quis petit rem ⁊ acceſſionem rei principalis vel eſtimationem in re ⁊ in acceſſione: ⁊ in eſtimatione obtinet idem qđ in eo.ſ.dixi.ſ.vt veniat ⁊ conſideret tēpus more: ⁊ quanti plurimi fuit a tempore more.Si autem petit quis acceſſionem rei principalis:hic diſtingue:aut petit acceſſio ciuilis:vt vſurarū: aut naturalis vt fructuum. Si petitur ciuilis acceſſio: dicunt quidam in bone fidei contractibus veniunt vſure iudicis officio a tempore more.vt.j.de vſuris.l.mora.§. in bone fidei contractibus.In ſtricti iuris veniunt vſure lite conteſtata. vt .C. de condictione indebiti.l.j.Sed in actione quaſi ſtricti iuris veniunt a tempore more. vt.C.in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſa.l.in minori perſona. non obſtat quod lite conteſtata concurrunt vſure.vt.j.de vſuris.l.lite conteſtata, quia illud eſt verum in bone fidei iudicijs. Item non obſtat quod lite conteſtata venit omnis cauſa.vt.j.de vſuris.l.in fidei com.§. in his. quia verum eſt quod venit omnis cauſa ſcilicet naturalis non ciuilis. Si autem petitur naturalis acceſſio vt fructuum:tunc conſideratur tempus more non ſolum in contractibus bone fidei:imo etiam in ſtricti iuris. vt.j. de vſuris.l. mora.§.in bone fidei.⁊ hec ſunt vera ſi peto qđ eſt meum reiuē dicatione.vt.ſ.de rei vendicatione.l.fructus.⁊ idem eſt ſi peto quod fuit meum:ſed mihi eſt dandum per condictionem ob cauſam:quia veniunt fructus a tempore more.vt ſupra de condictione ob cauſam .l.cum quis . Si autem peto quod nec eſt meum nec fuit meum:ſed de nouo eſt mihi dādum actione ex ſtipulatu:tunc veniunt acceſſiones naturales lite conteſtata. vt.j.de vſuris.l.videamus.§.in actionibus. ⁊ infra commoda. l.iij.§.in hac.⁊.ſ.ſi certum petatur.l.cum fundus. in principio. ſed contra.j.l.proxima.vbi dicitur qđ ſpectatur tempus accepti iudicij ibi vbi dicit:quod ⁊ de ceteris rebus verius eſt.Sed dico quod lex proxima non contradicit huic legi : quia lex illa dicit.ſi promiſiſti dare rem aliquam certo loco adiecto die: ſi non das illa die inſpicitur tempus more. ⁊ ſic concordat cum iſta lege.Si autem non adiecto die promiſiſti dare aliquam rē certo loco:tunc inſpicitur tempus litis conteſtate. ſi mora non preceſſit litis conteſta. vt .j. de verborum obligationi.l. nemo rem ſuam.

1 ☞ De tempore ad locum idem eſt iudicium.hoc dicit.

1 **Si res.** † In lege iſta dicitur : promiſiſti mihi dare vinum vel oleum vel frumentum: cōuenio te certi cōdictione triticaria variata eſt eſtimatio vini vel olei vel frumenti in eſtimatione:cuiꝰ tpꝛis iudex condemnabit te.certe ſi ꝓmiſiſti dare certo die condemnabit te in eſtimatione illius diei quāti interfuit ex illo die dari. Si aūt ꝓmiſiſti dare non adiecto die:tunc condemnabit te quanti interfuit mea tempore accepti iudicij. Sed in eſtimatione cuius loci condemnabit te. certe ſi conueniſti dare certo loco illius loci eſtimationem ſequetur.ſed ſi non conueniſti de re certo loco in eſtimatione illius loci vbi vinum vel oleum vel frumentum peti debuit.⁊ qđ dictum eſt in vino oleo ⁊ frumento:idem eſt in ceteris rebus. [petita ſit] condictione triticaria [debuit] ſubaudi ſi tunc pluris valuit [acciperetur] ideſt cum lis conteſtaretur:⁊ hoc eſt verum cum mora non preceſſit litis conteſtationem. Item eſt hoc verum cum erat pluris tempore litis conteſta.[quo tempore] ſententie.⁊ ſic non contradicit iſta lex cum proxima ſuperiori [ſumatur] ideſt conſideretur. [debuit] ideſt conuenit. [peteretur] per litis conteſtationem. [verius eſt.] ⁊ ad.l.iſtam concordat:⁊ eſt eadem cum iſta.ſ. ſi certum peta.l.vinum.⁊ quicquid ibi diximus hic poſſemus repetere.⁊.j.de verbo.obliga.l.quotiens.

¶ De eo quod certo loco dari oportet Rubrica.

¶ Quia condictiones de quibus.ſ.dictum eſt plerumq; proponuntur de eo qđ certo loco dari oportet:ideo ponitur rubrica de eo qđ certo loco dari oportet.ſub. ⁊ ſi datum non ſit vbi debuit dari: quid iuris ſit videamus ⁊ ſubijciamus.

1 ☞ Promittens dare certo loco ſiue eo nō reperiatur poteſt vbiq; conueniri.

1 **Alio loco quam in quē** quis. In.l.iſta † ponetis exēplū in malo debitore. ego ⁊ tu habebamus domicilium bono. mutuaui tibi .c. bonon. eo pacto vt redderes pariſius illa.c. tu quando habuiſti illa.c.quid feciſti : vel data opera : vel q; rebus familiaribus habebas intendere:nec iuiſti pariſius nec miſiſti: ego ignorans hoc iui pariſius:⁊ querebam te per omnia loca ⁊ non inueniebā te.vnde reuerſus ſum vacuus:me reuerſo inuenio te bonon. vbi habes domicilium ⁊ dixi tibi:mutuaui tibi.c.bonon.vt redderes pariſius : vbi non iuiſti conuenire te volo hic.vbi habes domicilium: dicis tu:non potes: quia non promiſi tibi hic ſoluere:nec hic contraxi tecum : ſed vbi promiſi ſoluere ;modo queritur ſi promiſiſti mihi dare certo loco:an alio loco vbi habes domicilium poſſim te conuenire.reſpon.ꝙ ſic:ne actio mea fieret inutilis.ve ſi data opera:vel q; rebus familiaribus habebas intendere ne ires ad illum locum vbi promiſiſti ſoluere.h.d.iſta.l.videatis expoſitionem litere. [alio loco.] ponamus bonon. idoneo tñ intelligatis non quocunq; loco.vt.j.dicam. [ꝙ in quē ſibi dari ſtipulatus eſt.] ponamus pariſius. [non videbat agēdi facultas cōpetere] cōtra promiſſorē:qui ꝓmiſit quaſi ꝯctus eſſe eo loco:vbi đbuit dari. [ad eū locū.] puta pariſius. [opa] ⁊ ita malitioſe. [diſtringeret] ⁊ ita rei familiaris vel q; captus erat ab hoſtibus. [actionē] i.efficacē:⁊ ſic exponit.ſ.de rei vē. alij dicūt ꝙ vtilis dr reſpectu directe:q; directa ꝓponit eo loco vbi debuit dari vtilis:in eo loco vbi non debuit dari. [in eam rem cōpetere.] alia litera dicit comparare.i.ſtatuere.⁊ qualibet bona. ¶ Or ſignor.hec.l.dicit vt dixi in caſu:ſed quero que ſit rō dubitationis in.l.iſta.certe rō fuit illa: q; ſicut iſte qui promiſit dare certo loco me inuito non debet alio loco ſoluere. vt.j.e.

l.pe.ita

l.pe. ita videt͛ ꝙ inuitus nõ poſſit alio loco cõueniri: qꝛ nõ dꝫ actori licere qđ nõ liceat reo. vt. ff. de reg. iur. l. nõ dꝫ. ſꝫ certe illud non obſtat qui ꝓmiſit ſoluere certo loco nõ dꝫ ſoluere alio loco me inuito. vt. C. de ꝓba. l. exemplo. ⁊ ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. illud. qꝛ lꝫ alio loco me inuito non poſſit ſoluere: tñ eo inuito alio loco poterit conueniri: ne actio mea mihi creditori reddatur inutilis qđ nõ dꝫ eſſe vt hic. ¶ Sꝫ denuo quero ſecũdo ponamus ego ⁊ tu habebamus domiciliũ bonon. ⁊ tu ꝓmittis dare. c. pariſius ⁊ nõ das: nũquid potero te cõuenire in alio loco quocũq; inuenero te etiã ſi ibi vbi te inuenio nõ habeas domicilium: dixit pla. ꝙ ſic: etiam vbi non habes domiciliũ: iuxta illud vbi te inuenero ⁊c. ar. vbi decur. vel cohar. cõ. l. i. in fi. pro ſua opi. facere videntur tres leges de verbo ad verbũ. ff. de iudi. l. eũ qui. ⁊ ff. de cõdi. inde. l. q certo. ⁊. ff. de cõſti pe. l. ſi duo. §. i. ¶ Dꝛ ſignoꝛ. iſta opi. non eſt bona: qꝛ vꝫ ꝫ. l. lex dicit ſi tu degens in ꝓuincia ꝓmittis te daturũ in Italia: ⁊ non dediſti ꝙ ego in ꝓuincia non potero te cõuenire ſi ibi domicilium nõ habes. ff. de iudi. l. heres. in fi. Sꝫ ſi habes ibi potero te cõuenire. arg. a cõtrario ſenſu qđ eſt fortiſſimũ. ff. de offi. eius. l. i. Et ideo dicendũ eſt ꝙ põt cõueniri: vbi ꝓmiſit dare: qꝛ videt͛ ibi ꝯtraxiſſe ff. de actio. ⁊ obli. l. ꝯtraxiſſe. ⁊. ff. de bo. aut. iu. poſ. l. i. ⁊ ii. ⁊ alio loco nõ quocũq; ſed idoneo. i. vbi habes domiciliũ vl' eũ de foro es. vt. C. de iur. om. iudi. l. mater. ⁊. C. vbi in rem act. l. fi. Nõ ob. vbi te inuenero ⁊c. qꝛ illud hꝫ locũ in vagabũdis: iuxta illud omne ſolum forti ⁊c. tunc illud habet locũ in eo qui fugit a curia: qa fauore curie in omni loco põt capi ſed nõ in vagabundis dꝫ cõueniri vbi cõtraxit vel quaſi cõtraxit: vel vbi habet domiciliũ: vel in loco de cuius foro eſt: vel qꝛ cleric⁹ ibi: vl' qꝛ ſcholaris. in aut. vt clerici apud propri. epos. §. i. ⁊ in ꝓe. huius libri. ⁊. C. ne filius pro pa. aut. habita. ⁊ ff. de iudi. l. heres. §. i. ⁊. C. vbi de cri. ag. op. qua in prouincia: nec ob. l. cum qui. ⁊. l. qui certo. ⁊. l. ſi duo. §. i. quia intelligo in alio loco. i. idoneo. ſimile not. alibi. ff. de mune. ⁊ hono. l. vt gradatim. in princip. ⁊. ff. man. l. i. ⁊. ff. de conſti. pe. l. ſi duo. §. ait. ⁊ ff. de procu. l. ſeruũ. § pe. ⁊ ibi dixi.

1 ☞ In actione arbitraria propter locum habetur ratio intereſſe actoris ⁊ rei.

2 Actio arbitraria non eſt proprium nomen actionis.

Arbitraria actio vtriuſq;

i vtilitatẽ. † In prin. huius. l. dicit͛: tu exiſtẽs bo. ꝓmiſiſti mihi dare cẽtũ rome certa die: poſtea in loco cõuento nõ dediſti: cõuenio te bon. vbi habes domiciliũ ⁊ de cuius foro es: nnuquid iudex arbitrabitur ad intereſſe modo quãti intereſt mea potius ſolutũ eſſe rome ꝙ bo. ⁊ de intereſſe tuo quãti potius intereſt t. a cõueniri rome. rñdet iuriſc. ꝙ iudex arbitrabit͛ de intereſſe vtriuſq;: ſed vbi arbitrat͛ de intereſſe rei tanti minus fiet condemnatio: ⁊ vbi arbitrat͛ de intereſſe actoris tanti pluris fiet condemnatio ꝙ ſit ſors petitionis. h. d. prin. huius. l. videatis expoſitionem. lre. [arbitraria actio]. i. actio que ꝓponitur de eo qđ certo loco dari oportet. [ſi datuꝫ non ſit.] vbi debuit dari: ⁊ vocatur arbitraria: qꝛ iudex arbitratur de intereſſe vtriuſq; vt ſtatim dicit. [vtriuſq; vtilitatem]. i. intereſſe continet. [ꝙ ſi rei intereſt]. i. intereſſe inuenitur. [minoris fiet pecunie condemnatio]. i. tãto minus cõdemnabitur reus. [aut ſi actoris] ſcꝫ intereſſe inuenitur maioris pecunie [eſtimatio]. i. condemnatio. [fiat]. i. in quantum inuentũ fuerit actoris intereſſe. ¶ Dꝛ ſignoꝛ vt vos intelligatis ea que. ff. ſubiiciemus. nota exemplum ita in terminis in. l. iſta. ego ⁊ tu habebamus domiciliũ bonon. eram iturus romã: mutuaui tibi. c. bonon. vt redderes rome: qꝛ ibi habebas procuratorẽ tuuꝫ iui romam non inueni te ibi nec aliquẽ qui pro te ſolueret mihi illa c. ⁊ ita fuiſti in mora ſoluendi mihi illa. c. vnde accepi illa. c. ſub vſuris: ⁊ pro illis. c. dedi. v. denarios de libra in menſe nomine vſurarũ: ⁊ eorſus inueni te bono. ⁊ dico tibi: domine male feciſti quare non ſoluiſti mihi. c. rome: que tibi mutuaui. vnde habui neceſſe accipere illa. c. ſub vſuris: ⁊ pro illis. c. dedi. v. den. de libra in mẽſe: vnde ꝯuenio te bon. ⁊ peto qđ ſoluas mihi. c. que tibi mutuaui: ⁊. v. den. de libra q̃ dedi vſurarũ noĩe ⁊ certe hic iudex arbitrabit͛ de intereſſe meo: ⁊ ſi iſtud inuenerit verũ cõdẽnabit te in pluri. ſ. in. c. ⁊ in. v. que ſolui vſurarũ noĩe. ſꝫ ve iudex arbitrabit͛ de intereſſe rei. ver. g. mutuaui tibi. c. reddẽda rome nõ reddidiſti rome cõuenio te bon. dicis tu: intereſt mea potiꝰ cõueniri rome: qꝛ ibi inuenirẽ librã pro duob⁹ den. in menſe ⁊ ſine fideiuſſorib⁹: ⁊ hic nõ inuenio niſi pro q̃nq; ⁊ cũ fideiuſſoribus: vnde intereſt mea in tribus: certe iudex arbitrabit͛ hic de intereſſe rei ⁊ tanto: ita fiet cõdẽnatio: qꝛ condemnabit te deductis trib⁹: ⁊ ſic l. c. ⁊ duo: ⁊ hic eſt ꝙ vult dicere iſta litera ſi caute intelligat͛. Adđ ſuper prin. huius. l. querit͛. qꝛ hic dr̃ vt dixi in caſu: ſed nunqd iudex arbitrabit͛ de intereſſe vtriuſq; vno eodẽq; caſu an alio ⁊ alio caſu: dixit dñs hyr. lucerna iuris qđ iudex arbitrabit͛ intereſſe actoris alio ⁊ alio caſu: qꝛ quo caſu iudex arbitrabit͛ de intereſſe actoris eodẽ caſu non arbitrabit͛ de intereſſe rei ⁊ ecõ. Et hoc eſt qđ dicit interlinearis hyr. q dicit iſta arbitraria actio vtriuſq; vtilitatem cõtinet tam actoris ꝙ rei alio ⁊ alio caſu. q. d. in eodẽ caſu de vtriuſq; intereſſe non põt iudex arbitrari: ſed quo caſu iudex arbitrabit͛ de intereſſe actoris eodẽ caſu non arbitret͛ de intereſſe rei vel ecõtra: ⁊ hoc etiã dixit dñs pla. in ſumma huius titu. C. e. ſcripſit. ⁊ pro ſe inducunt. ll. que multũ nõ faciunt pro eis. ll. que faciũt pro eis ⁊ rationes: ſed nos iudicam⁹ violẽtas. Ecce videt͛ qđ habeatur rõ intereſſe vtriuſq; alio ⁊ alio caſu: qꝛ due ſunt leges q̃ dicunt generalr̃ qđ iudex in arbitrio arbitrat͛ de intereſſe vtriuſq;. C. e. l. vna. ⁊. ff. e. l. cẽtũ. in prin. Itẽ ꝓbemus hoc rõne violẽta: ſi tu promiſiſti mihi dare. c. rome: ⁊ nõ dediſti ⁊ cõuenio te bon. aut fuiſti in mora veniẽdi ad arbitriũ: aut nõ fuiſti in mora: qꝛ iuiſti. ſed ego fui in mora: aut nec tu fuiſti i mora nec ego: aut vterq; fuit in mora: ſi tu fuiſti in mora ego non: quia nõ iuiſti romam nec miſiſti: ego iui vel miſi hic iudex dꝫ arbitrari de meo intereſſe de tuo nõ: qꝛ ex mora non dꝫ quis aſſequi veniã ⁊ premiũ ff. de mino. l. pap. ⁊. ff. de interdictis ⁊ rele. l. relegatorũ. §. ad tẽpus. Si tu non fuiſti in mora ſed ego: qꝛ tu iuiſti romã ego aũt non iui vel miſi: tunc iudex debet arbitrari de tuo intereſſe nõ meo ⁊ mihi imputet͛ cur nõ iui ⁊ dãnũ ⁊c. vt. ff. de reg. iu. quod quis: ſi tu non fuiſti in culpa iuſta de cauſa impeditus nõ iuiſti ad locum nec miſiſti nec ego fui in mora eundi ad locum iuſta dꝫ cauſa ſimiliter impedit⁹ hic nec iudex debet arbitrari de tuo intereſſe nec de meo: qꝛ iuſta cã excuſat te a ſuo intereſſe ⁊ iuſta cauſa excuſat me a meo intereſſe. arg. ff. de arb. l. ſi cum. §. pe. ⁊. ff. ad. l. rho. de iactu. l. fina. ſi tu fuiſti in culpa eundi ad locum ⁊ ego in mora mea cum tua cõpenſatur. ff. de eo per queꝫ factum eſt. l. fina. §. ſed ⁊ ſi. ⁊. ff. de dolo. l. ſi duo. ⁊. ff. de compen. l. ſi ambo. ⁊. ff. ſolu. matri. l. vero. ergo non poteſt aduerti caſus qđ habeatur ratio vtriuſq; tam actoris ⁊ rei vno eodemq; caſu: ſꝫ alio ⁊ alio caſu puta ſi actor fuerit in culpa eundi ad locũ nõ reus vel ecõtra. ¶ Dꝛ ſignoꝛ iſta. opi. eſt falſum vnguentũ mulcet enim aures auditorũ ⁊ occultat veritatẽ falſum vnguẽtum videt͛ curare ⁊ ledit. vnde dicetis arbitraria actio vtriuſq; vtilitatẽ ꝯtinet. i. cõtinere põt imo vno ⁊ eodẽ caſu vel alio ⁊ alio ⁊ ſtatim ꝓ iſta opi. facit lr̃a iſta nec diſtinguit eo. vl' alio atq; alio caſu. vñ nec diſtinguere debem⁹. ff. de publi. l. de ꝓcio. ff. de offi. ꝓſi. l. iii. ⁊ nota exẽpliũ vbi vno ⁊ eodẽ caſu habetur rõ vtriuſq;. mutuaui tibi. c. vt redderes rome tu data opa nec romã iuiſti nec miſiſti: ⁊ ita tu fuiſti in mora eũdi ad locũ: ego nõ fui in mora: iui eñ romã: qꝛ nõ fuiſti ipſe inuẽtus rome ⁊ habebam rome litigare accepi mutuo. c. ⁊ dedi. v. pro vſuris reuerſus inuenio te bonõ. ⁊ cõuenio ⁊ dico iudici: dñe arbitremini quãtũ intereſt mea ſoluiſſe rome: qꝛ dedi ibi nomine vſurarum dicis tu: dñe arbitremini de meo intereſſe potius me cõuẽtum rome ꝙ bono. qꝛ inuenirem pro duobus dena. libram ⁊ ſine fideiuſſoribus. bono. nõ poſſem inuenire niſi pro quatuor denariis: ⁊ cum fideiuſſoribus ⁊ intereſt mea in tribus: ſi facio fideꝫ de meo intereſſe in. v. ⁊ tu de tuo intereſſe in tribus iudex condemnabit te in centum: ⁊ deducto tuo intereſſe in tribus condẽnabit te ad duo: vt hic. ⁊. ff. l. pxi. §. nunc in fi. ⁊ l. ſe. ⁊ ſic rõ habetur vtriuſq; vno eodẽq; caſu: ſi tu opponis aut alter fuit in culpa aut neuter aut vterq;. rñdeo iſtud debet intelligi quãdiu reus fuit in culpa eundi ad locum: ⁊ actor non ⁊ ſic debetis intelligere totũ iſtum titulũ. ff. eo. l. quod ſi. Si tu dicas nõne maior eſt iniquitas ſi reus fuit in mora ⁊ actor non qꝛ iudex arbitratur de intereſſe ſuo. rñdeo non: qꝛ imputet ſibi actor cur cõuenit eum alio loco ⁊ damnum qđ quis ⁊c. vt. ff. de reg. iu. l. qđ quis. Sed tu dicas cur habetur ratio rei ſi fuit in culpa non actoris: qui ſi fuit in culpa eſt illa qꝛ reus grauatur in vno vt alio loco non poſſit ſoluere. ff. e. l. pe. ſed actor alio loco poteſt cõuenire eum. ff. l. proxi. vnde reus ſubleuatur in alio: vt ſi reus fuit in culpa habeatur ratio eius intereſſe non intereſſe actoris habeatur ratio fuit in culpa: qꝛ plurimi ⁊c. ff. de iureiuran. l. cum qui. non ob. l. alle. vel opi. dñi hyr. ⁊ pla. qui dicunt ꝙ iudex arbitratur de intereſſe alterius. reſpondeo cum alterius intereſt vel actoris vel rei: ſed quo caſu vtriuſq; intereſt arbitratur de intereſſe vtriuſq; vt hic. vltra procedamus ⁊ formemus duriorẽ queſtionem: mutaui tibi. c. vt redderes rome non iuiſti nec miſiſti romã veni ad locum inueni dominam bullam tacẽtem vacuã habui neceſſe recedere non intereſt mea potius ſoluiſſe rome ꝙ vbi agitur: conuenio te Bono. dicis tu: noli conuenire i. ic bono. ſed rome: quia ibi inueniam ſatis ⁊ ſub leuioribus vſuris: dico ego non habeo voluntatem plus reuerti romam tales aque ſunt: conuenio te hic: tu dicis ꝙ iudex arbitratur de tuo intereſſe: ⁊ ꝓbas quomodo intereſt tua de trib⁹ dico ego domine iſta erat aliena mihi captura. dicit iudex videt͛

q3 intereſt in trib⁹ ꝛ videnť deduci: dicit ergo diminueť ſors mea: aut dicemus intereſſe rei potius cõueniri rome ꝛ ſi intereſt rei ꝛ nõ actoris: ꝛ tunc diminueť ſors ꝛ hoc videť iniquum: aut dicemus nõ haberi rõnē intereſſe rei ꝛ committimus in .l. iſtā. Dixerūt quidā ibi ꝑpter intereſſe rei non diminuiť condēnatio ſortis vt in exēplo dixi: tunc habeť ratio rei: ſed quo caſu diminuatur ſors non arbitrabitur iudex de intereſſe rei hoc eſt burſalis equitatis ꝛ ſoli imperatori l3 eā fingere: nõ alii. C. de le gi. ꝛ conſti. l. i. vnde dico in iſto caſu qñ intereſt tantū rei in tribus potius cõueniri in loco cõuento ꝙ vbi agitur: ꝛ non intereſt actoris licet diminuat ſortē habetur ratio intereſſe: ſi tu dicas hoc eſt iniquū. ch̄deo tu non video imo equum imputet ſibi actor cum poteſt eū conuenire rome: ſi alio loco conuenit eū cum ibi videať contraxiſſe. ſ. de act. ꝛ obli. l. contraxiſſe. ſiue ibi inueniatur ſiue nõ de iure debet tranſmitti. vt. C. vbi de crimi. agi oportet. auť. qua in prouincia. ſi ergo poteſt agere loco cõuento: ibi non tamē minuereť de ſorte ꝛ alio loco conuenit eū3 ſibi imputet. ¶ Sed denuo quero mutuaui tibi florētinos mutuo. c. vt reddas rome tamē tu es de foro iſto ratione ſtudii: q2 ſcholaris vel canonicus bonoñ. vt. C. ne filius pro patre habita. ꝛ in auť. vt clerici apud ꝓprios epiſcopos. §. i. non ſoluiſti rome: non conuenio te florentie vbi habes domicilū. ſed bonoñ. de cuius foro es: q2 ſcholaris: dicis tu ð ſic intereſt mea potius conueniri florentie: vbi habeo domicilium ꝙ boñ. vbi ſum ſcholaris quare: quia bonoñ. habet locum Longobarda qui habet xviii. an. non poteſt reſtitui. florentie h3 locū lex. vnde peto tūc meā intereſſe: nunqd intereſſe habebiť ratio: dicunt quidā3 ꝙ ſic: q2 ſicut intereſt rei potius alio loco conueniri in parte habetur eius ratio: tamen ita ſi intereſt rei in totum potius alio loco conueniri. nā ſicut minus diciť ſoluere ꝛc. ſ. de verb. ſig. l. min⁹. ita diciť aliquis plus ſoluere: ꝛ ſi nihil omnino debeť. inſtit. de actio. §. plus. hic cõtradico ꝛ dico quod habeť intereſſe ratione rei non perſone: ratione rei q2 ibi inueniret pecunia ſub leuioribus vſuris non perſone habeť ratio: q2 leges videnť velle: q2 conſiderať intereſſe eius ſi pōt inuenire pecuniam ibi ſub

2 leuiorib⁹ vſuris. ſ. e. l. proxi. §. vlti. ꝛ l. ſeq. ¶ Ultimo quero† que diciť arbitraria actio eſt ne ꝓpriū nomē actionis: dixerunt quidam ꝙ ſic. ar. qð hic diciť. ꝛ. C. e. l. vna. ſed cõtradico ꝛ dico qð eſt adiectio qð arbitrarie ſunt infinite rei vē. eſt arbitraria. ð. de rei vend. l. qui reſtituere: ꝛ qð met. cā eſt arbitraria. ð. de dolo. l. ar. ꝛ ad exhi. actio eſt arbitraria. ð. de in liti iurā. l. in act. ꝛ. ð. ad exhi. l. iii. §. i. que ꝓponunť de eo qð certo loco dari oportet dicunť arbitrarie: q2 iudex arbitratur de intereſſe vtriuſq3. vnde dico qð tres ſunt arbitrarie vna vocať certi condictio arbitraria. ꝛ act. ex ſtipulatu arbitraria. tertia actio ex teſtamēto arbitraria: ſi ꝓmiſiſti mihi dare. c. teneris certi condi. ð. ſi cer. pe. l. ſi qs certum. hec eſt actio arbitraria: ſi promiſiſti facere inſulam boñ. ſ. e. l. non vtiq3. §. qui inſulā. nē actio ex teſtamento eſt arbitraria vt ſi teſtator legat mihi vt preſtes rome: ꝛ ibi non das ſicat ꝓbatur euidenter. ſ. e. ſi heres. ꝛ. l. ſe. ꝛ ita eſt cognomē actionis: ſic de peculio non eſt actio ſed adiectio q2 ſi emo a filio tuo habeo cõtra te act. ex empto de pecu. ſ. de pecu. l. i. ꝛ per totum.

¶ Sub alternatione locorum. aduerte te ꝙ in alternatiua locorū quo ad petitiones electio eſt actoris ꝛ quo ad ſolutiones electio eſt rei ante litē cõteſtatā vt hic p Bar. ꝛ addð ad materiā de alternatiua locorum tex. l. ei apud quem. §. i. ſ. de poſi.

1 ☞ Actio ratione loci tunc dicitur arbitraria quando eſt ſtricti iuris vt cum oritur ex ſtipulatione. hoc dicit.

1 # Hec autem actio.

† In. §. iſto diciť: qð arbitraria actio ꝓponiť de eo qð certo loco dari op3: ꝛ eſt exēplū ſi ꝓmiſiſti mihi dare. c. epheſi: ꝛ poſtea nõ das cõuenio de alio loco idoneo vbi habes domiciliū vel de foro cuius es iudex arbitrabiť de intereſſe vtriuſq3. [dari.] ꝛ iſta diciť certi condictio ex ſtipulatu. vt. ð. ſi cer. pe. l. ſi quis. ꝛ eſt hec actio arbitraria. vt. ſ. eo. l. aut ſi mutuu. ſimiliter ꝛ ſi mihi legatur competit arbitraria actio. vt. ſ. e. l. ſi heres. ſed alie actiones que ſunt bonefidei non ſunt arbitrarie. vt. ſ. e. l. in bonefidei: ꝛ que ſit ratio ibi dicam.

1 ☞ Locus debet exprimi in libello quando eius omiſſio reo eſſet nociua.

1 # Si quis epheſi. x.

† In. §. iſto dicitur: ſum ſtipulatus a te mihi dari. x. epheſi: aut capue hominem: nunquid potero te preciſe conuenire in altero loco: ꝛ certe nõ detracta loci vtilitate: ſed bñ potero te cõuenire alio loco habita loci alteri⁹ vtilitate [altero loco] idēſt vtilitate alteri⁹ loci detracta: q2 ſi cõueniam te epheſi eſtimať quanti plus tua intereſſet conueniri capue. [loci vtilitate] ſc3 ſtipulatori ꝓmiſſori. ¶ Sed ad. §. iſtum opponiť ꝛ vř qð reus habeat electionē: vel velis epheſi. x. ſoluere vel capue hominē anteꝙ petā a te: ſed ſi petij eſt mea electio vnde videť cõtra. ſ. l. pri. §. qui ſtichū. in verſi. ꝛ generalr. ad ſolutionē contrari vos ita dicetis: ſi tu ꝓmiſiſti mihi. x. epheſi ſoluere: aut capue hominem anteꝙ ſis in mora non poſſum te cõuenire detracto loco vt hic: ſed poſtꝙ tu es in mora ſic vt in. §. contra. Uel dicas tu promiſiſti. x. epheſi ſoluere aut capue hoiem nõ potero te cõuenire detracto altero loco. i. detracta vtilitate alterius loci: ſed bene potero te ꝯuenire detracto altero loco: ſed habebitur ratio vtilitatis alterius loci: ꝛ de hoc dicā. ſ. l. proxi. in. §. qui ſtichum. alij dicunt qð hic diciť ibi corrigiť: vel dic in libello faciam mentionem de vtroq3 loco: ꝛ ita habetur ratio alterius loci non alias: ꝛ ſic non petam vt habeatur ratio rei vt ibi dixi.

1 ☞ In alternatiuis in rei eſt poteſtate quid debeat non an debeat aut equipollens. hoc dicit.

1 # Non vtiq3 ea que.

† Lex iſta ē difficile vole. ꝑat cõter eſt hic prin. l. ꝛ incipit nõ vtiq3 ꝛc. ſ3 in aliqb⁹ libris eſt §. ꝛ incipit ſceuola: ſed in hoc nõ eſt vis: ꝛ dñs ſceuola nõ vult recedere in. l. iſta ab eo qð cõſueuit facere. nā dñs ſceuola ſemper loquiť obſcure: vnum ſciatis qð iſta lex nõ eſt difficilis propter multitudinē glo. hic poſitarū: ſed propter caſum: ꝛ ideo primo volo ponere caſum vt litera videtur ſonare: poſtea in expoſitione litere ponā exēplū in terminis: ꝛ in prin. huius. l. dicit ſceuola ea que tacite inſunt ſtipulationibus nõ ſemper ſunt in poteſtate rei. i. debitoris: ſed aliqñ ſunt in pṫāte rei: ꝛ aliqñ non ſunt in pṫāte rei qð debeat: ſed in poteſtate rei nõ eſt an debeat ꝛ idcirco eſt in poteſtate debitoris: ſed locus nõ eſt in eius poteſtate ne ſequeretur abſurditas, an debeat. h. d. pri. huius. l. videatis expoſitionē litere. [non vtiq3] ſc3 ſemper qð eſt. ſ. [in rei] idēſt debitoris. [eſſe pṫāte] ſc3 ſed aliqñ eſſe ꝛ aliqñ non eſt. [ſed qd debeat in eius arbitrio.] ſub. cū d3 duas res alternatiue. vt argu. ſ. de iur. do. l. plerūq3. in fi. ꝛ. ſ. de ver. obliga. l. vbi autē non apparet. §. q illud aut illud. [ꝛ ideo locū] i. locorū alternationē

a cum promiſit ſub alternatione locorū ᵃ nõ eſt in poteſtate ſtipulatoris ſed ꝓmiſſoris. ¶ Or iu non hec. l. ſuꝑficialr intelligentibus videť greca: ꝛ intelligentibus videť leuiſſima: ꝛ hec litera dicit vt dixi in caſu: ſed vbi eſt exemplū in terminis videte q̄ ſunt ea que tacite inſunt ſtipulatiõi: certe iſta ſi ꝓmittis alternatiue ſtichū aut pāphilū tacite in ſtip. ineſt vt nõ tenearis ſoluere vtrūq3 ſed alterū. vt. C. de cõdi. inde. l. pe. ꝛ eſt ratio: q2 in poteſtate rei eſt qd debeat vt hic dř. Itē tacite ineſt in ſtipulatione locorū alternatio: puta ſi ꝓmittis mihi. x. dare epheſi l aut capue tacite ineſt in ſtipulatione qð ſi ſolueris. x. epheſi qð non tenearis ſoluere capue: q2 nõ agitur inter nos vt bis ſoluas. vt ð. l. pri. in fi. erit ergo electio debitoris vel ſoluere epheſi vel capue: certe poſtꝙ fuit in mora ſoluendi non erit ſua electio ne ſi locus eſſet in pṫāte debitoris iā eſſet in pṫāte eius an deberet: q2 debitor luderet de iſtis taxillis ſi haberet locorū electionē. nam ſi ego creditor dicerem ei ſolue mihi. x. que ꝓmiſiſti epheſi aut capue: diceret ipſe libenter: eamus epheſi: ꝛ dabo tibi decē ibi diceret non inuenio q mutuet mihi eamus capuā: ꝛ qñ eſſemus capue poſſet dicere reuertamur epheſi: qð nõ d3 eſſe vt ꝓbať ſtatim in. §. proxi. in fi. in ver. ꝛ generalr. vnde debetis dicere qð hec. l. in ſui prin. dicit qð in ſtipulatione inſunt duo: rei electio: ꝛ locorū electio: ꝛ iſta que tacite ſunt in ſtipulatione eligere alterā de rebus ꝓmiſſis: vel eligere alterū locū vbi eſt promiſſum. aliqñ ſunt in pṫāte debitoris: q2 ſi promittis ſub alternationē certum debes poſſe eligere quā velis ſoluere: ꝛ ſi elegiſti non debes poſſe variare. vt. ſ. proxi. §. in fi. ſed electio locorum non d3 eſſe in pṫāte debitoris: q2 ſi elegiſti poſſes variare. vt. ſ. proxi. §. in ver. generaliter. ꝛ hoc eſt qð vult dicere litera ſi caute intelligatur. Et exponatis literā vt expoſui: ꝛ hec eſt vera lectura: ꝛ probatur. ſ. proxi. §. ꝛ in verſi. ꝛ generaliter. bene poteſtis intelligere alio modo. quedā ſunt q̄ tacite inſunt in ſtipulationibus: ꝛ illa ſunt aliquando in poteſtate rei: ꝛ aliquādo non ineſt tacite in ſtipulatione ꝙ res cõmodata non reddatur deterior: vt. ſ. commo. l. in. §. ſi res cõmodata: nõ eſt in poteſtate debitoris reſtituere rem deteriorem: q2 iam eſſet in poteſtate ſua an deberet. Itē ineſt tacite in ſtipulatione vt reddat vinum nouum pro veteri. vt. ð. ſi cer. pet. a. l. cum quid. non eſt in poteſtate tua reddere nouum pro veteri: q2 ſic eſſet in poteſtate an deberet vel non ſicut non eſt in poteſtate tua an me inuito alio loco ſoluas vt. ſ. e. l. pe. ſed eſt in poteſtate mea vt te inuitū alio loco poſſim conuenire. vt. ð. eo. l. i. dixi: ſed prior lectura verior eſt.

Qui ſtichum aut pamphilum.

In. §. iſto poniť exemplū in terminis de eo qð dictū eſt in pri. huius. l. ꝛ in. §. iſto ponunť tres caſus: primus eſt talis: ſi ꝓmiſiſti mihi ſtichū aut pamphilū ꝙ diu viuūt habes electionē quē velis ſoluere: ſ3 ſi alter mortuus eſt extinguiť electio ꝛ ib: q: debes preciſe qð ſupereſt. Scðs eſt ſi ꝓmittis mihi. x. epheſi: aut capue nõ d3 eſſe tua electio vbi a te petanť: ſed d3 eſſe mea electio vbi a te petā: ſed anteꝙ ſis in mora habes electionē vbi velis ſoluere: ſ3 poſtꝙ fuiſti in mora perdis electionē: ſ3 ſi cõueniote in vno loco habebiť ratio quanti intereſt tua in alio loco cõueniri.

Q**uotiens.** In.l.iſta dicitur: ſeruus meus exercebat tabernam. ⁊ inſtitor erat alicui taberne: ſcripſi coram taberna ne quis cõtrahat cum ſeruo meo: aliquis contraxit cum eo ſpreta prohibitione mea: nunquid teneor ei de peculio: certe ſic: ſed non inſtitoria. h.d.prin.huius.l. videatis expoſitionem litere. [quotiens in taberna] id eſt coram taberna. ⁊ ſumitur hic nomen taberne generaliter. nam caupona eſt qua vtimur cauſa comedẽdi. taberna eſt in qua ſtant mercatores de die: ⁊ ſic ſumitur hic. ⁊.ff.de iudi.l.heres.§.j.[teneat] vt.ff.de inſti.l.ſed ſi pu.§.preſcribere. non etiam de peculio.vt.ff.eo.l.ſi quis ſeruum.§.etiam ⁊ hic.

Si ſemel. In.§.iſto dicitur ſi ex contractu inito cum ſeruo tuo conuenio te actione de peculio: ⁊ tempore ſnie minus eſt ꝙ mihi debeatur: debes mihi preſtare qđ eſt in peculio ſed nõ debes cauere ſi peruenerit in peculio qđ preſtabit mihi. nam differẽtia eſt inter actionem pro ſoc. ⁊ actionem de peculio. nam in actione pro ſocio dꝫ quis cauere: ideo qꝛ ſocius ſocio inſolidum tenetur ſed dñs tenetur ad id ſolum qđ eſt in peculio. vnde dꝫ cõdẽnari nõ autem cauere qđ ei idẽnitatem preſtabit: ſi peruenerit in peculio aliquo tẽpore. h.d. iſte.§. videte expoſitionẽ litere. [tñ cautionibꝰ] ſcꝫ ſi in poſterũ augeat peculium [locũ habet] vt.ff.pro ſocio.l.omne.⁊.l.verũ.§.item videndum. [quia ſocius vniuerſum debet] ſcꝫ ⁊ ideo cauet. ſed indubitanter dñs creditori non debet ſolidum: ſed quatenus eſt in peculio. ⁊ ideo non cauet vt hic.⁊.ff.eo.l.queſitum.

Si creditor. In.§.iſto dicitur ſi dñs vẽdidit ſeruum creditor ſerui conſecutꝰ eſt partem ab emptore: nunquid de reliquo poterit agere cum venditore ſerui. Reſpondetur ꝙ ſic: verumtamen ſi re integra vellet pro parte agere cum venditore pro parte cum emptore nõ debet ſibi licere. [proculus ait] ſcꝫ ſi non eſt aſſecutus quod ei ab altero debetur inſolidum. [vtimur] ſcilicet vt ad illum poſſit redire vt hic. ⁊ ad iſtud accedit.ff.eo.l.ſi ex duobus.§.primo.

Non tantum. In.§.iſto dicit ſicut creditor põt agere cũ vẽditore de cõtractu celebrato ante venditionem ita emptor. verũtamẽ dum ipſe agit debet deducere qđ ſibi debet ſicut deduceret ſi alius cum eo ageret. [ſed ⁊ ipſe emptor] ſcilꝫ de ante geſto ꝙ emeret poterit agere intra annum non poſtea vt hic. vt.ff.e.l.⁊ ancillarũ.§.vlt.

Si ſeruus. In.§.iſto dicit ſi dñs vendidit ſeruum deducto peculio ⁊ conueniat deducet qđ ſibi debet. ſed ſi poſt venditionẽ ei cepit debere ſeruus non deduceret illud de peculio: quia tunc non debet domino ſed creditori. hoc dicit iſte.§. videatis expoſitionem litere. [vt venditor] conuentus a creditore infra annum [vti poſſit] accedit.ff.eo.l.ſi noxali.§.quod autem.⁊.l.ſi ex duobus.in fine.

Que diximus. In ſuperioribus dictum eſt qđ ſi dominus vendit ſeruum poſſe agi de peculio: modo cum venditore: modo cum emptore: ⁊ ſi actum eſt cum vno poteſt rediri ad alium ea que dicta ſunt in emptore ⁊ venditore: eadem dicenda ſunt in ſeruo legato: qꝛ poteſt agi cum herede ſi habet peculium apud ſe ⁊ cum legatario: idem in ſeruo dato in dote: qꝛ poteſt agi cum vxore ⁊ marito. [que diximus in emptore ⁊ venditore].ff.proxi.§.⁊.ff.e.l.⁊ ancillarum.§.illud. [vt legato] vt.ff.e.l.cui conſequens eſt. ⁊.ff. qñ ac.de pe.eſt an.l.j. [vbicunqꝫ eſſet] ſiue apud emptorem vel venditorem: vel apud heredem vel legatarium: vel apud vxorem vel maritum vt.ff.e.l.depoſiti.§.peculium.⁊.l.hinc querit.§.pater.⁊.l.ſi ex duobus.in prin.⁊.ff.de mino.l.iij.§.ſed vtrum. in fin.§.ſed ad.§.iſtum opponitur ⁊ videtur qđ non ſit idem in ſeruo legato vt poſſit conueniri heres ⁊ legatarius ſicut emptor ⁊ venditor: imo videtur ꝙ tantum heres poſſit conueniri de peculio vnde videtur contra.ff.titu.proxi.l.j.§.in alienatione.in verſicu.idem heres ad quod vos dicetis vt ibi dixi.

℘ Mutata conditione perſone in deterius reuocatur mandatum.

L**ibera.** † In.l.iſta dicitur: ſi concedo ſeruo meo liberam peculij adminiſtrationem perdit eam ſiue fugiat ſiue ſurripiat mihi ſiue dubitetur vtrum fugitiuus ſit vel non [neqꝫ in fugitiuo] quia priuilegium meretur amittere ⁊c. vt.C.de iudeis ⁊ celic.l.iudeis in fin. [neqꝫ in ſurrepto] id eſt qui mihi ſurripiat. Sed quare perdit liberam peculij adminiſtrationem qui mihi ſurripit. Reſpondeo ideo ne daretur ſibi occaſio ſubtrahendi res peculiares.

Cui peculij. In.§.iſto dicitur ſi cõcedo ſeruo meo liberam peculij adminiſtrationem eo ipſo videor ei concedere vt debitorem ſuum creditori ſuo poſſit delegare. hoc dicit iſte.§. videatis expoſitionem litere. [cui] ſcilicet ſeruo [debitorem] ſcilicet peculiarem. [poteſt] accedit.ff.de inſtitu.l.in eum.in fine.

N**on ſolum.** ° In princi huius.l. dicit ꝙ non ſolum illud qđ concedit dñs ſeruo eſt peculiũ: imo illud qđ ſeruus acquirit inſciente dño: ſi dñs ſciret pateret eſſe illud in peculio [in peculio] accedit.ff.eo.l.peculium ex eo conſiſtit.

Si ignorante me. In.§.iſto dicitur ſi ſeruus meus negotia mea adminiſtrat ⁊ male: in tantum tenetur mihi naturaliter inquantum teneretur liber homo qui negotia mea male adminiſtraſſet [intelligitur] vt.ff.eo.l nec ſeruus.

℘ Non ſolum ⁊c. not. iſtum caſum not. ꝙ nuda rõ non conſtituit quẽ debitorem ⁊ intelligas nuda ab inſertione cauſe ⁊ hoc innuit tex. hic vel nuda a preſentia partium vt hic per bartol. ⁊ latius in l. nuda.ff. de donatio.

An debitor vel ſeruus. In.§. iſto dicit licet dñs teneatur ſeruo naturalr̃ vel ſeruus dño: tñ in his habemus conſiderationẽ ciuilẽ ecce ſi dñs ponit in rationibus ſuis ꝙ dꝫ.x. ſeruo ſuo nec dꝫ naturalr̃ nec ciuiliter: nunqd cenſetur dñs debitor ſerui naturaliter. certe nõ: qꝛ nuda ratio non põt facere aliquem debitorem. ⁊ idem eſt econtra ſi ſeruus ſcripſit in libro rationum ſuarum ꝙ debebat domino.x.h.d.iſte.§. videatis expoſitionem litere [eſt] id eſt conſiderata ratione iuris ciuilis inſpiciendum eſt: qꝛ ius ciuile vult hoc. vt ſi mutuo ſeruo meo qđ debeat mihi naturalr̃ vel econtra: ſi mutuat mihi ſeruus ꝙ debeam ipſi naturaliter: ſed ſi ſcribo in ratiõibus meis ꝙ debeo ſeruo meo x. ⁊ ſeruus non mutuauit mihi quicꝙ̃ ius ciuile non iudicabit me debitorem eius naturaliter: ⁊ idem eſt ecõtra. ſi ſeruus ſcribit in rõnibus ſuis ꝙ mihi dꝫ.x. qꝛ nuda ratio non facit aliquẽ debitorem liberum nec ſeruum. vt.ff.de donatio.l. nuda. ⁊ hic. [ſuo] ſub. vel econtra ⁊ hoc cum nõ debeat vt ſtatim annectit.

℘ Decretum primum non poteſt interponi occaſione debiti quod certum eſt non poſſe exigi de preſenti licet poſſibile ſit debitũ iri. Item pro futuro debito poteſt accipi fideiuſſor.h.d.

D tempore quo nihil eſt in peculio ⁊c. † In prin.huius l. dicit filius habens peculium contraxit: poſtea nihil cepit eſſe in peculio: conuenitur pater act. de peculio citatus a creditoribus: non venit imo latitat in die: nunquid ſi pater eo tempore quo nihil eſt in peculio latitat mittentur creditores in poſſeſ. bono. patris. Reſpondetur quod non videtur latitare: qꝛ ſi preſens eſſet ⁊ ſuſciperet iudicium abſolueret cum nihil ſit in peculio: nec obſtat qđ ipſe poſſet damnari per iniuriam iudicantis. nam ⁊ ſi forte filius debebat ex contractu in diem vel ſub conditione ſi latitat: qꝛ pendente die vel cõditione non põt conueniri non videtur fraudationis cauſa latitare. vnde non debet fieri miſſio in poſſ. bonorum patris: etiã ſi iniuria iudicis poſſet cõdemnari: ſed ſi fideiuſſor datus ſit a filio eo tempore quo nihil erat in peculio: nunquid tenebit. ⁊ videtur ꝙ ſic: ſi datus eſt fideiuſſor vt teneatur qñ erit in peculio. aliter ſi ſit datus non tenebitur. hoc dicit prin. huius.l. videatis expoſitionem litere. [latitaſſi] ⁊ dicitur latitare qui ſe turpiter ⁊c. vt.ff.ex quib.cau. in poſ.eatur.l. fulcinius.§.latitare. [deberet] qꝛ non condemnatur pater niſi quatenus eſt in peculio tpe ſententie. vt.ff.e.l. queſitum. ⁊ ad iſtud accedit.ff.de iudi.l.non videtur. Sed oppo. ⁊ videtur qđ ſi pater cõueniatur a creditoribus filij de peculio ſi nihil ſit in peculio ⁊ nõ venit ꝙ creditores filij mittantur in poſ. bonorum patris qꝛ videtur latitare: vnde videtur cõtra.ff.ex quib.cau.in poſ.eat.l.fulcinius.§.ſi quis act. Ad qđ vos dicetis qđ dicitur in prin.huius.l. eſt verũ qñ certum erat nihil eſſe in peculio filij amplius qꝛ mortuus erat. ibi loquit qñ dubiũ erat an aliquid poſſet eſſe in peculio [nec ad rem pertinet] .i. nõ obſtat [vt damnatio ſequatur] .ſ. de facto non de iure. qꝛ caſus ⁊c. vt.ff. qui ⁊ a qui.l.fideiuſ.§.iul. [cõdemnari] qꝛ non qđ fit: ſed qđ fieri debet ſpectandum eſt. vt.ff.de officio preſi.licet. [eſt] future obligationis cauſa. alr̃s accipitur fideiuſ. cauſa obligationis que eſt vt.ff.de iudi.l.non quemadmodum ⁊c.

Si creditor. In.§.iſto dicitur creditor qui contraxit cum filio in peculio patrẽ heredem inſtituit cuius temporis peculium ſpectabimus: an peculium tempore mortis creditoris: an peculium quod erat tẽpore adite hereditatis. Reſpondet iuriſcon. ſicut in ratione legis falcidie, ineunda ſpectamus tempus mortis ita ſpectatur peculium temporis mortis. [ſpectatur vt hic. ⁊ inſti. ad legem falci.§.quantitas. [conſiderabitur] ſed ad.§.iſtum op. ⁊ videtur quod tempus adite hereditatis ſpectetur. vt.ff.ad.l. falci. ſi creditor filij. Ad quod vos dicetis pluribus modis: ⁊ vno modo ſic. ſpectatur tempus mortis ſi plus erat in peculio tempore mortis ꝙ adite hereditatis vt hic: alias ſpectat tempus adite hereditatis vt ibi. arg.ff.de peti.hered.l.ſi a dño vel a patre.⁊.l.ſi quo. Alij ſoluunt ſecũdo modo ſic: ſpectatur tps mortis quantum ad rationem.l.falc. vt hic ſpectatur tempus adite hereditatis quantũ ad rationem peculij. Alij dicunt ſpectat

tempus mortis: adite hereditatis quando in ipſo tẽpore mortis adiuit hereditatem. ⁊ ſic eſt idem vtrunq; tempus.

☞ Lite conteſtata in actione de peculio naturale debitum poteſt ſolui ⁊ pro eo poteſt fideiuſſor accipi.

Etiam poſtq̃ dominus. †In .§. iſto dr̃: ſi dñs cõuenit̃ act. de peculio ex ꝯtractu ſerui ẽt ex cõuentione põt fideiuſſor dari pẽdẽte lite. ⁊ iõ ſi pẽdẽte lite aliquid ſoluit reus nõ repetet quaſi idebite ſoluerit: ⁊ q: ſeru⁹ tenebat̃ naturalr̃: vñ illi naturali obligationi põt accedere fideiuſſor. [põt] q: ſeruus obligat̃ naturalr̃. vt. ꝟ. eo. l. nec ſeruus. ⁊ naturali obligationi accedit fideiuſſor. vt. ĩ. de fideiuſ. l. j. ⁊. l. marcellus [non eſt] contra ſeruũ: ſed eſt tranſlata per mediũ dum agitur contra dominũ.

☞ Pro eo quod pro libertate danda accepit bonefidei poſſeſſor actione de peculio non tenetur ipſe ſed verus dominus qui eum poterit vendicare. hoc dicit.

Seruus alienus. †In .§. iſto dicit̃ ſeru⁹ alienus ſeruiebat mihi bona fide: putans ſe ſeruum meum eſſe: iſte accepit mutuo. x. a titio ⁊ mihi dedit vt eũ manumitterẽ: manumiſi eum de facto: modo queritur contra quẽ creditor experiat̃. ⁊ certe is habeat electionẽ creditor quẽ velit cõuenire: hic tñ dñs ꝯueniẽdus eſt de peculio: ⁊ poterit agere cõtra me ad exhibẽdũ ⁊ rei vẽ. ⁊ nõ eſt diſtinctio adhibenda manumittat vl' nõ: q: illa pecunia nõ eſt queſita ex re mea ls occaſione rei mee videat̃ queſita. [manumiſi] ſcʒ de facto ⁊ non de iure. vt. C. de his qui a non domino ma. l. j. [alias habet] ſcʒ verum velit agere contra venditorem vel emptorem. vt. ꝟ. e. l. ſi ex duobus. in ſi. [alias habet] ſcʒ cum vult agere contra me bonefidei poſſeſſorẽ vel contra verũ dominum. vt. ꝟ. e. l. j. in ſi. ⁊ l. ſi in emptorẽ. [⁊ ad exhibendũ] ſub. ⁊ rei ven. q: quicquid ⁊c. vt. ĩ. de acqui. re. do. l. acquirit̃. §. de his. [mihi daretur] nec obſtat. ĩ. de acqui. re. do. l. ſi ſeruus meus. in prin. ⁊ de acqui. poſ. l. j. vbi nec bonefidei poſſeſſori: nec vero domino videtur queſita: quia hic ponuntur duo caſus.

☞ Dubius eſt litis euentus ⁊ qui ideo tenetur quia actionẽ habet eam cedendo liberatur. hoc dicit.

Quod debetur. †In. l. iſta dr̃ conuenit̃ dñs ex ꝯtractu ſerui de peculio: dr̃ ꝙ ſeruus hʒ peculiares debitores: nunquid dominus cõuentus de peculio debet cõdemnari vſq; ad quãtitatẽ quam debẽt debitores ſeruo. vr̃ ꝙ ſic. verũ q: euentus litis dubius dñs nõ debet cõdẽnari in tota quãtitate que debet̃ ſeruo a debitoribus ſuis: ſed debet abſolui ſi paratus ſit cedere actiones q̃s hʒ ꝯ debitores ſerui. nec dicat aliquis ſecus eſt in ſocijs: q: ſi agitur cũ vno ex ſocijs tenet̃ de peculio. ſed certe nõ eſt ſecus in ſocijs: q: qñ agit̃ cum eo ſatis eſt ſi cedat actiones quas hʒ contra conſociũ: ⁊ vbicũq; quis tenet̃ alicui: q: act. habet liberatur actionem cedendo. hoc dicit iſta. l. videatis expoſitionem litere. [agenti] ſcilicet creditori. [incertus] vnde not. ꝙ euentus litis dubius eſt. ⁊ ad iſtud accedit. ĩ. vt le. no. ca. l. ẽt [abſoluet̃] vnde no. qui tenet̃ q: act. habet: act. cedendo liberatur. accedit. ĩ. de ꝯhen. emp. l. qđ ſepe. §. ſi reo. ⁊. ꝟ. commo. l. ſi vt certo. §. idem labeo ait. ⁊. ĩ. de in rẽ verſo. l. iij. §. idem labeo. ⁊ hic in fi. l. qđ enim dicit̃. ꝟ. e. l. ſi noxali. §. non ſolum. ⁊. l. ⁊ ancillarũ. §. vlti. quia habent actionem. i. executionem actionis. [delegatio] ſcilicet vel ceſſio [pro iuſta preſtatione eſt] ideſt habetur loco ſolutionis ⁊ obtinet vicem ſolutionis vt hic. ⁊ ad iſtud accedit. ĩ. de operis liber. l. qui libertis. §. ſed ſi creditori.

☞ Cum pater vel dñs actione de peculio perſonali conuenitur in deducendo omni priuilegio anteponitur. ſecus ſi reali: ls inter creditores peculiares ille qui hʒ priuilegium preponatur. Item ſufficit quem eſſe dñm cum de peculio conuenitur. Itẽ patrimoniũ eius qui ſe gerit pro libero ꝓ peculio remittit̃. h. d.

Ex facto queritur. †In. l. iſta formantur tres q̃ones. ⁊ prima qõ eſt talis. quidã ſeruus gerebat ſe ꝓ libero: ⁊ tanq̃ liber adminiſtrauit tutelã cuiuſdã pupilli: poſtea ꝓnũciatus eſt ſeru⁹: cõuenit̃ dñs pro tutela de peculio a pupillo: nunqđ dñs poterit deducere qđ ſibi debet̃. ⁊ videt̃ ꝙ nõ q: actio pro tutele eſt priuilegiata: ⁊ ꝓponit̃ alijs actionib⁹: ſed veri⁹ eſt ꝙ dñs poterit deducere de peculio ſerui cũ cõueniat̃ ex ꝑſona ſerui de peculio: nec intereſt vtrũ ſeruus ceperit debere dño cũ erat in poſſeſſiõe libertatis an poſtea ſed alijs creditorib⁹ pupillus prefert̃. Scđo querit̃ quid ſi filiusfa. dotẽ accepit ⁊ tutelã adminiſtrauit: nunqđ ſi agat̃ de dote vel tutela pater prefert̃ ceteris creditoribus ipſius filij: ſi ergo iſte tanq̃ liber adminiſtrauit tutelã ⁊ ſeruus ꝓnũciatus eſt ſi nummos ipſius pupilli inuenit̃ penes ſe habere dñs non dʒ vendicare ſed pupillus. Si aũt cõſumpſit non habuit ius alienandi qñ nõ fuerit tutor: vnde pupillus ꝯdicet: nec eſt diſtinctio adhibẽda: vtrũ ceperit deberi dño cum erat in poſſeſſione libertatis an poſtea. Tertio querit̃ vtrũ ſi filio data eſt dos vel tutelã adminiſtrauit ⁊ agatur contra patrem de peculio: an ſit habẽdarõ harũ actionũ tanq̃ actionũ ⁊ aliorum creditorũ. rñ. ꝙ ſic. [priuilegii]. i. priuilegiata. ſic ⁊. ꝟ. e. l. ſed ſi dãnũ. §. vlti. nam inter perſonales actiones iſte ſunt priuilegiate. vt. ĩ. de pri. cre. l. ſi.

☞ Manumittendo ſeruum inter viuos cenſetur quis donare ſibi peculium actiones tamen peculiares non tranſeunt in ipſum niſi cedantur.

Si ſticho. †In. l. iſta dicitur ſi dñs manumiſit ſtichum ſeruum ſuum habẽtẽ peculium inter viuos eo ipſo videt̃ ſibi cõcedere peculiũ niſi ei adimat: ſed ſeruus nõ poterit agere cõtra debitores peculiares niſi ei mandentur actiones. hoc dicit iſta. l. videatis expoſitionem litere. [cum manumitteretur] ſcilʒ inter viuos. ſecus ſi manumitteretur in vltima voluntate. vt. C. de pecu. eius qui me. li. l. vlti. ⁊ ideo quia donare videtur poteſt compelli dominus ad ceſſionem faciendam ſeruo de qua hic dicit̃ condi. ⁊. l. iſta. vt ar. C. de dona. l. ſi quis argentũ. §. pe. [nõ poteſt] cum actiones facile ab oſſibus ſeparari non poſſunt. ⁊ ideo in alium tranſire non poteſt. vt. ꝟ. e. l. quis ergo caſus. in ſi.

☞ Pro eo qđ ſeruus debeat dño non cõpetit actio de peculio heredi dñi: contra illum cui legatus eſt ſeru⁹ cũ peculio. h. d.

Filiofa. †In. l. iſta dicitur paterfa. inſtituit ſibi heredes: inter quos inſtituit filiuʒ ſuum: filio ſuo prelegauit quedam predia ſicut erãt inſtructa cum ſeruis illi ſerui erant debitores domini: nunquid ille filius poterit conueniri de peculio a ceteris coheredibus. Reſpõ. ꝙ non. [non competere] ſcʒ ideo quia non competit domino: ſed contra dominum. vt. ꝟ. e. l. j. in prin. nam ex perſona ſua ceteri coheredes non poſſunt agere contra filiũ coheredem quia ipſi nihil crediderunt nec ex perſona teſtatoris: quia dominus prelegauit vt habuit. vt. ꝟ. e. l. ⁊ ancillarum. §. illud. in ver. ſed ⁊ ipſi. ¶ Dñs ſignori qđ dicit hec. l. in filio inſtituto cum alijs heredibus illud idem dicit. l. vltim. huius titu. in alio extraneo herede. vnde videatis eam incontinenti ſi placet.

Is cum quo. In. l. iſta dicitur: conueniebam patrem alicuius filij vel dñm alicuius ſerui de peculio tu exemiſti eũ ita qđ mea actio expirauit: ad qđ teneris mihi. rñ. ꝙ teneris ad intereſſe meũ: ⁊ intereſt mea intantum quantũ erat tunc in peculio. h. d. [agebã] ſcʒ intra annum mortuo filio vel ſeruo de peculio qđ facere debeo. vt. ĩ. titu. proxi. l. j. [ſpectari] ſcʒ ⁊ tanti mihi condemnaberis. ſed ⁊ condemnaberis quanti in litem iurauero vt. ꝟ. ne quis eũ vi eximat ⁊c. l. j. §. ſi per aliũ.

Quod ſeruus. In. l. iſta dicitur ſi ſeru⁹ meus promiſit mihi ꝙ debitor meus mihi debebat ſi conueniar de peculio potero deducere id quod mihi promiſit pro debitore meo: ſed ⁊ illum debitorem meum potero conuenire. ſed nũquid illud nomen efficitur peculiare. certe ſic ſi deducam quod mihi debetur. ſi conueniar de peculio ab aliquo qui agat contra me. hoc dicit. videatis expoſitionem litere. [ex peculio deduci dʒ] tenet ergo fideiuſſio quã debet ſeruus: q: in rẽ dñi fideiuſſit. vt. ꝟ. e. l. iij. §. ſi filius. ⁊. l. quotiens. §. ſabinus. [alias] ideſt ſi non teneret fideiuſſio non eſſet ſeruus dño obligatus. vt. ĩ. de fideiuſ. ſed ⁊ ſerui: ideo q: non deduceret dñs de peculio ꝙ hic conceditur. [⁊ a debitore] ſcʒ cũ fuerit mihi ſolutũ a ſeruo qui pro eo promiſit [nihilominus tenet̃] q: nõ eſt facta nouatio ꝓpterea [peculiare fieri nomen] ſcʒ cum deduxit. [deducere velit] ⁊ ſic dominus ſibi ſatiſfecit [peculiare facit] ſcilicet dominus vnde tenetur ſeruo vel nego. ge. ⁊ mihi domino per ſeruũ.

☞ Si is de cuius peculio agitur lite pendente decedat quãtum ſit in peculio mortis tempore inſpicitur ſi ei legetur peculium tempus inſpicitur quo dies legati cedat cum omni incremento ſed ſi legetur extraneo rerum tamen incrementum accedit. hoc dicit.

Si filius vel ſeruus. †In. l. iſta dicit̃ ſi filius vel ſeruus cuius noĩe cõuenior de peculio pẽdẽte iudicio deceſſit: illud peculiũ inſpicit̃ qđ eſt tpe mortis ſed quid ſi legat̃ libertas ſuo cũ peculio: qđ peculiũ inſpicitur. Rñdet̃ ꝙ inſpicit̃ peculiũ qđ erat quando libertas ſibi cõpetit ⁊ ideo oĩa incrementa peculij que facta ſunt ante aditã hereditatẽ pertinẽt ad manumiſſum. Sed qđ ſi legat̃ peculiũ ſui extraneo qđ peculiũ inſpicit̃. ⁊ rñdetur ſi nõ apparet de volũtate teſtatoris qđ inſpicit̃ peculiũ qđ erat tẽpore mortis: ⁊ ante aditam hereditatẽ: vnde ſi ante aditã hereditatẽ acceſſit peculio ſui puta partus ancillarũ: ⁊ fetus pecorũ illa erũt extranei cui ſuit legatũ peculiũ ſerui. ſed ſi ſuus poſt aditã hereditatẽ aliqđ

ex operis

ex operis ſuis acquiſiuit vel aliq̃ donata ſunt illa non ptinent ad legatariũ.h.d.iſta.l.videatis expoſitionẽ litere[deceſſerit]ſcʒ vł manumiſſus fuerit ſeru⁹ vel filius emancipat⁹[habuit]aliq̃ñ eñ inſpicit q̃d poſtea creuit.vt.ſ.ſubiicit.⁊.ſ.ti.pxi.l.vlti.[contrahere]⁊ ita no.q̃ inſpicit peculium q̃d eſt tpe adite hereditatis quia tunc competit ei libertas vt.C.de cad.tol.l.vnica.§.itaqʒ.pertinet]ſecus eſt in extraneo legatario vt ſtatim ſubiicit.

SI vni ex heredibus. In.l.iſta dr̃ p̃ſa.iſti tuit ſibi plures h̃ſdes:⁊ vni ex h̃ʒdib⁹ p̃legauit que dã predia vt inſtructa erãt cũ ſeruis ⁊ ceteris reb⁹:⁊ illi ſerui erant debitores dñi tam ex aliis cauſis q̃ ex calẽdario nunq̃d alij coheredes poterunt iſtũ cõuenire.R̃ñdet q̃ nõ.hoc dicit iſta l.videatis expoſitionẽ litere.[ſi vni ex h̃ʒdib⁹ predia prelegauit]ſcʒ p̃ſa.[nõ cõpetere]⁊ eſt rõ vt dixi.ſ.l.filio.ſed nõne.l.iſta eſt ſuperflua per.l.illã vel illa per iſtã.dicũt quidam q̃ ſic ⁊ ſunt hic duplicata hec.l.vitio ſcriptoris.alij dicũt q̃ in.l.filio.non ſiebat mentio aliqua de calendario: hic ſic. vnde plus eſt in iſta q̃ in illa:⁊ ideo non eſt ſuperflua illa per iſtam.

Quando actio de peculio eſt annalis Rubrica.

De actione de peculio quando ſit perpetua ſuperiori ti. dictum eſt.nam quãdiu filius remanet in ptãte patris:vel ſeruus remanet in ptãte dñi actio de peculio eſt perpetua : verum q̃ efficitur annalis cum filius vel ſeruus deſinit eſſe in ptãte patris vel domini:ideo ponit quando actio de peculio ſit annalis.

Quouſqʒ filius vel ſeruus eſt in ptãte dñi actio de peculio eſt perpetua ſed poſtq̃ exierit morte filij vel ſerui ſeu emancipatione vel manumiſſione ſerui efficitur annalis.hoc dicit.

PRetor ait poſt mortem eius. Signori hic inſerunt v̈ba ſ edicti ptorisque talia ſunt.ait p̃tor mortuo eo vel manumiſſo vel emancipato vel alienato: qui in ptãte patris vel dñi fuerit actio de peculio:vel ſi quid dolo malo factus ſit quominus in peculio intra annum dabo nõ poſtea . poſitis verbis pretoris dicit pretor q̃ actio de peculio eſt perpetua q̃diu fili⁹ vel ſeruus eſt in ptãte:ſed eo mortuo vel manumiſſo vel emancipato vel alienato eſt annalis ⁊ annus iſte non eſt cõtinuus: ſed vtilis ⁊ currit ex quo q̃s potuit experiri.vnde eſt ſi obligatio erat in diem vel cõditionalis cõputat annus ex die vel ex quo extitit conditio.Sed diceret aliquis q̃ño extitit conditio ſi eſt perpetua poſtea efficit annalis.r̃ñdet p̃tor:⁊ dicit ideo q̃ mortuo filio vel emancipato vel ſeruo manumiſſo vel alienato deſinit eſſe peculiũ.Unum ſciatis q̃ alienatio ⁊ manumiſſio ad ſeruum pertinẽt ſʒ emãcipatio ad filiũ.mors eñ cõis eſt filiis ⁊ ſeruis . Sed ſi ſoluitur alio modo patria poteſtas:puta dignitate filij vel deportatione patris:vel morte patris actio erit annalis ⁊ intra annum agetur de peculio contra heredẽ patris:vel contra fiſcũ hoc dicit prin.huius.l.vſqʒ ad.§.in alienatione. videatis expoſitionem litere.[pretor ait poſt mortem eius]ſcʒ filij vł ſerui.[qui in alterius ptãte fuerit]puta p̃ris vł dñi[dabo]huc vſqʒ durant verba edicti pretoris:modo exponit verba pretoris.[quandiu ⁊c.perpetua eſt].i.eſſe põt:ſic exponit.ſ.de ſta.li.l.labeo.nã ſi deſcẽdit ex cã perpetua:⁊ tũc eſt perpetua.ſecus ſi prima eſſet temporalis.nam iſta que deſcendit ex cauſa temporali finietur illo tpe.vt.ſ.e.l.cũ poſt mortẽ.[ex quo emãcipat⁹]ſcʒ vel mortu⁹[exiſtẽte]ad hoc eſt ſimile.ſ.de admi.tu.l.tutorẽ qui.[tpariã].i.annalẽ.[pduci obligationi]ſcʒ cõtra quõdam patrem vel dñm.[ad ſolũ filiũ]ſcʒ aliq̃ñ abutunt. vt.ſ. de offi.procon.⁊ lega.l.ij. in prmci.[deportatione].i. cum deportatur pater[effectus filius.]vt.ſ.de capi.diminuti.l. tutelas. in fine.

In alienatione accipitur. In.§.iſto dr̃ q̃ alienato ſeruo dñs tenet de peculio:intra annũ dr̃ alienari ad hoc vt intra annũ teneat ſiue vẽdit ſiue legat ſiue donat ſiue permutat ſiue dat in dotẽ.Sed q̃d ſi legat⁹ eſt ſeruus cum peculio vel liber eſſe iuſſus eſt cũ peculio q̃s dʒ cõueniri. ⁊ vr̃ q̃d nõ debeat conueniri ipſe q manumiſſus eſt:vel ille cui legatus eſt ſeruus cũ peculio:q̃ ipſe non eſt heres. Sʒ certe dicẽdũ eſt q̃d heres teneat intra annũ de peculio ⁊ debebit facere ſibi caueri de indẽnitate ſibi pſtãda ab eo:cui peculiũ legatũ eſt ⁊ cũ ipſe teneat creditoribus ⁊ ſibi imputet cur non fecit ſibi caueri. Sʒ q̃d ſi heres rogatus eſt hereditatem reſtituere alteri deducto ſeruo ⁊ peculio:nunq̃d tenebit de peculio.certe ſic:⁊ ille cui eſt hereditas reſtituta nõ tenebit cũ non habeat peculiũ apud ſe. Unũ ſciatis q̃ ſicut dñs pprietatis intra annũ alienato ſeruo tenetur de peculio:ita vſufructuarius extincto vſufr. tenet intra annum de peculio.h.d.iſte.§.vſqʒ in finẽ.l. videatis expoſitionẽ lr̃e.[in alienatiõe].ſ.ſerui[tenetur]vt.ſ.e l. ⁊ ancillarũ. §.i.⁊.l.ſʒ ⁊ ſi quis.[eſt]vt teneatur intra annũ de peculio [idẽ heres eius].ſ.tenebit de peculio.[erit cõueniendus]⁊ ſibi imputet cur non fecit ſibi caueri.vt.ſ. de tribu.l.q̃d in heredẽ.§ ſi ſeruo.⁊.ſ.de tranſac.l.iij.ſecus ſi relinquit directa libertas alicui ſeruo cũ peculio:naʒ tunc ipſe tenet non heres.vt.ſ.de do.prele.l.i.§.per ↄtrariũ.⁊ dixi.ſ.de neg.ge.l.põp.[nõ vtet] que exceptio eſt.vt.ſ.ad velł.l.i.§.i.[extincto.ſ.morte.[in vſumfructuarium].ſ.de peculio q̃d ſpectat ad eum ſicut datur contra pprietarium intra annum.vt in princ.huius.l.

Si in libello proponantur due actiones que electione tolluntur procedit iudiciũ ſi non opponatur. Item error in quo quis deducitur aſſertione aduerſarij poteſt corrigi poſt diffinitiuam ſententiam.h.d.

QUeſitũ eſt. †Quidã habent hic princi.l.⁊ quidam hſit.§.⁊ incipit ſubſcriptio.§.põp.libro tali ⁊c.⁊ in prin. huius.l. ſiue.§.dicit cõtraxi cũ filio tuo in peculio:filius tuus fuit vltra mare:dũ eſſet ibi rumor venit q̃ filius erat mortuus in acie.vnde q̃ cõis opinio erat vocatis oĩbus conſanguineis feciſti luctũ de eo ⁊ ſumptũ ↄcepi te ↄuenire de peculio tu pbaſti q̃ annus erat elapſus ex die luctus: poſtea filius tuus redijt gratulatus eſ multũ.vnde ego venio ⁊ volo ↄuenire de peculio te patrẽ.tu opponis excep. rei iudicate. dico q̃ ſñia lata fuit per errorẽ:querit quid iuris.R̃ñ. q̃ de equitate potero te cõuenire.nã reſtituar ex illa clauſula:ſi qua mihi iuſta cã videbit.⁊ hoc quãtũ ad actionẽ de peculio q̃ dicitur annalis nõ quãtũ ad actionẽ de in rẽ v̈ſo:q̃ illa dicit annua ⁊ nõ annua.h.d.iſta.l.videatis expoſitionẽ lr̃e.[queſitũ eſt ſi filius].ſ.tuus [mortuũ].ſ.ex eo q̃ ſeruus q erat cũ eo in acie redierat ⁊ dicebat q̃ mortuus erat in acie: q̃ viderat q̃ñ ibi iuerat: ⁊ poſtea non viderat eũ redire.⁊ ita erat cõis opinio q̃ in acie erat mortuus[preter erat].ſ.ex die ex quo publice dicebat q̃ mortuus fuerat in acie [duntaxat].i.interim non etiã de in rem verſo. ex hoc colligunt quidã q̃ cum agitur de peculio nõ agit de in rem verſo.Alij dicunt q̃ eo ipſo q̃d agit de peculio nõ agitur de in rem verſo.que opi. non eſt vera. vt dicã.ſ. titul.pxi.l.filius.[pertinet]etiã ſi ibi nõ eſſet error. Sed ad.l.iſtã opponit ſic.ſi lata eſt ſñia per errorẽ facti: ſi nõ eſt appellatũ q̃ño retractat cũ error facti nedũ negotio finito nemini noceat: ſed cauſa deciſa tali velamento non inſtauratur.vt.C.de iur.⁊ fac.igno.l.error facti.Ad q̃d vos dicetis ſpeciale eſt hic pp̃ter errorẽ publicum:ſicut alibi facit ius.ſ.de offi.preſi.l.barbarius.vel dicatis error facti ⁊c.iure cõi.Sed hic eſt iure cõi ſingulare beneficio reſtitutionis ex illa generali clauſula ſi qua ⁊c.q̃ per falſas allegationes obtinuiſti:q̃ dicebatur filium mortuũ : q̃ ex hac cauſa debet dari reſtitutio.ſ. de iudic.l. ſi pretor.§. marcellus.

Sed denuo oppo.ſi ſignatur contra.quia.l.dicit quod reb⁹ iudicatis ſtandum eſt a quibus non eſt appellatum ⁊c.C.de re iudi.l.i.Reſpon.ſtandum eſt iuri communi non iuri ſingulari in beneficio.argu.ſ.de in integrum reſtit.l.diuus.§. nec intra.

Actio prima ſi durabat minus anno non reſtituitur annalis ſed tanti temporis cuius illa erat.hoc dicit.

CUm poſt. †Quidam habẽt hic prin. huius.l.cũ poſt.⁊ quidam habent pri.l.cũ ſex ⁊c.in.l.iſta dicit quo caſu ex ↄtu filij durante patria ptãte teneris mihi acti. de peculio perpetuo.eodẽ caſu ſoluta patria ptãte incipit eſſe annalis.vnde ſi teneris mihi ex ↄtu filij vel ſerui actio que tollit ſex menſibus puta redhibitoria illa act.non erit annalis ſoluta patria poteſtate:ſed durabit ſpatio ſex menſium.⁊ idem eſt in omnibus temporalibus act.hoc dicit princi.huius.l. videatis expoſitionem litere.[cum poſt mortem]filiifa.vel poſt eius emancipationeʒ [actio eſt]vt.ſ.eo.l.i.[quemadmodum].i.ſicut[erat de peculio actio]quia redhibitoria tollitur ſex menſibus.vt.C.de edic.act.l.ij.[actionibus]que tolluntur minori ſpatio anno.

Si ſeruus. In.§. iſto dr̃ mutuaui ſeruo tuo .x. ſeruus ille captus eſt ab hoſtibus: nunq̃d actio de peculio efficit annalis certe non:pp̃ter ſpem poſtliminij.ſed eo mortuo in captiuitate incipit eſſe annalis.[poteſt] ſed ex quo mortuus eſt incipit eſſe annalis.vt.ſ.eo l.i.

DIffinitione peculij. In.l.iſta dicit licet in veritate mortuo filio vel ſeruo extincta eſt actio de peculio: tamen remanet nomen peculij:⁊ datur intra annum de peculio actio. vnde recipiũt augmenta diminutionis acceſſiones ſi querunt:puta fructus vel fetus;vel partus recipit diminutionẽ ſi animalia peculiaria vel alie res peculiares pereũt.h.d.iſta l.videatis expoſitionẽ litere.[diffinitione peculij interduʒ eſt] q̃.d.ſi morte filij vel ſerui extinguitur peculium.vt.ſ.eo.l.i.

¶ De in rem verſo Rubrica.

¶ Quia aliqñ ex contractu filiorum vel ſeruorum agitur de peculio aliqñ de in rem verſo: ponitur rubrica de in rem verſo. vnde ſub.de actione in rem verſo: videamus et ſubijciamus. Et no. qd hec actio non eſt proprium nomen actionis: ſed eſt adiectio ſicut actio de peculio. nam ſi mutuaui filiofa. et pecunia eſt conuerſa in rem patris tenetur certi condi. de in rem verſo.

☞ Actio de in rem verſo neceſſaria eſt vbi ceſſat actio de peculio. Item eſt vtilis vt ſi concurrat cum agētibus de peculio preferatur. Item ſi agens de peculio preoccupet actio de in rē verſo extinguitur ſi qd verſum erat ſoluatur alias ſecus.h.d.

Si qui ſunt in poteſta/

te et c. In.l.iſta dicitur] diceret aliquis quare fuit introducta hec act. dicit iuriſ. ideo qz aliqñ eſt qd contraho cum filio tuo et non habeo actionem de peculio contra te: quia nihil eſt in peculio: tamen ſi verſum eſt in rem tuam habeo act. peculij de in rem verſo: nec eſt ſuperflua actio de peculio de in rem verſo. nam poteſt eſſe qꝫ in rem patris eſt verſum: et tamen ceſſet de peculio act. puta ſi domin⁹ ademit peculium ſeruo ſine dolo malo: vel ſi morte ſerui extinctum eſt peculium: et annus eſt elapſus. nam ſi in rem patris vel dñi verſum eſt: habet locum actio de in rem verſo: que perpetua eſt. preterea ſi filius habet plures creditores ſi ageretur de peculio habetur ratio vtriuſqz non inſolidum: ſed ſi ageretur de in rem verſo haberetur ratio vtriuſqz inſolidum. hoc dicit iſta.l.[finita eſt] ſub. ſiue nihil eſt in peculio.

☞ Datum pro libertate non videtur in rem verſum niſi quatenus excedit ſerui pretium. hoc dicit.

Qui nummis.

†In.l.iſta cū pric.ſe.dr ſeru⁹ tu⁹ accepit a me mutuo.x.illa.x.tibi dedit vt eū manumitteres: nunqd potero te conuenire de in rē verſo. Rñdeť qꝫ non: qz dando libertatem ſeruo non fit locupletior ex nummis. ſed nunqd in peculio computabiť illa quātitas. Rñ.qꝫ nō. hoc dicit iſte.§. videatis expoſitionē litere [qui] ſcz dñs [acceptis] ab extraneo ſcz.ĩ.l.proxi. in prin. loquitur de nummis acceptis a ſeruo. [non fit] ſcz et qz cum ſeruo non eſt contractum. vt.ſ.qd cum eo.l.j. ſed licet non agatur de in rem verſo agitur de peculio vt ſtatim dicit [non computari] ideſt iſta quantitas non auget peculium. ſed bene poteſt agi de peculio non de in rē verſo.

In rem autez verſum videtur.

Quia cōpetit act. de in rem verſo pro eo qd verſum eſt in rem dñi poniť in.§.iſto qñ in rem dñi verſum videť. et vĩ verſuz ſiue qd ſeruus accepit in rē dñi vertit: puta ſi triticū qd accepit mutuo cōſumpſit noīe cibariorū in familiā dñi: aut ſi pecuniam ſoluit creditori dñi: ſiue errauit in ſoluendo cū habeat dñs condictionē indebiti: ſiue ſtatim in rē dñi vertit ſiue poſtea. et regulariter eſt dicēdum quo caſu qs teneť ꝓcuratori mandati. vel nego.geſt. eodē caſu ſi ſeruus accepit et in rē dñi vertit dñs teneť de in rem verſo. [ſiue idipſum] alias ſiue id in eo tempore. [poſſit] vt.ĩ.eo.l.ſi pro parte.§.verſum. ¶ Or ſignori no. hic regulā quo caſu dñs tenetur ꝓcuratori vel geſtori ad ſumptum: eodē caſu tenetur pater vel dñs creditori qui contraxit cum filio vel ſeruo: et vertit in rem patris vel dñi. Sed iſta regula non obtinet econtra. eodem caſu quo datur creditori de in rem verſo et contraria mandati procuratori quia contraria mandati datur pro ſumptibus vtilibus et neceſſarijs. vt.ſ.de nego.geſtis.l.ex duobus. ſed de in rem verſo datur quocunqz modo in negotiū dñi conſumpſerit. vt.ĩ.proxi.§.et.ĩ.eod.l.§.necnon illud quoqz.

Proinde.

In.§.iſto diciť qd non ſolū in ꝑdictis caſibus hꝫ locū actio de in rem verſo: imo et in alijs hꝫ locum. pone qd ſeruus accepit mutuo pecuniā vt ſe veſtiat vel ſe alat: nunqd dñs teneť de in rem verſo. Rñ.qꝫ ſic: ſi accepit ad eum modū ſm quē pr vel dñs ſolitus erat eū veſtire et qd dictū eſt in ſeruo idē eſt in filiofa. ſed qd ſi ſeruus pecuniā accepit mutuo vt domū dñi exornet aliquib⁹ tectorijs: nunqd tenebiť dñs de in rem verſo. Rñ.qꝫ non niſi forte ſeruus feciſſet dñi voluntate vel mādato: alias dñs cogereť carere re ſua inuitus: ſed dñs dꝫ pati tolli illa ornamenta creditori ſiue damno domus. ſed quid ſeruus accepit pecuniā mutuo et aliū credidit nunqd teneť dñs de in rē verſo. Rñdeť qꝫ ſi ſeruus fecit nomē peculiare dñs non teneť: ſi dominicū dñs teneť. verūtamē dñs liberať ab actione de in rem verſo cedendo act. creditori cōtra illū cui ſeruus mutuauit.h.d. iſte.§. videte expoſitionem litere. [idē ergo erit in filio] cū eadē ſit ratio. vt argu.ſ. de iudi.l.ſed et ſi reſti.§.ex quibus. et ad hoc etiam facit.ſ. ad mac.l.ſed iul.§.qd dr.[preſtet] cōcor.ſ.de neg.geſt.l.ex duob⁹.et.ĩ. in.l.

idēqz.§.idem ait. et hoc cōfirmať illa regula ſuperiori.§.pxi. dicta. [ex qua cā hactenus] i.e. itūmō [creditori actiones] ſcz cū ideo eis teneať qꝫ act. hꝫ. et ad iſtud accedit qd not.ſ.de pecu.l. qd debetur. in fi. cum ſuis ſimilib⁹. [cū faciat] ſcz in rem ſuam.

Necnon illud quoqz in rem do

mini et c. In.§.iſto dr dñs ſeruo ſuo dixit vade et emas vnguenta ad luxuriā ꝓuocandā. dixit ſeruus nō habeo pecuniā. dixit dñs accipias mutuo: ſeruus iuit et accepit mutuo: nunqd dñs tenebiť de peculio: et rñdebiť qꝫ ſic: qz in actione de in rem verſo nō requirimus an in vtilitatē dñi conuertiť: ſed an in negotium dñi cōuerteŕit ſiue ſit factus domin⁹ locupletior ſiue nō. vnde ſi ſeruus accepit pecuniam mutuo vt emeret frumentum ad opus familie et emit et repoſuit in horreo dñico: etiā ſi periit vel corruptū eſt vel arſit: dñs teneť de in rē verſo. idē eſt ſi emit ſeruū dño neceſſariū: et deceſſit vel fulſit inſulā et iuit. nam dñs tenebiť de in rem verſo. ſed qd ſi ſeruus dixit creditori: mutua mihi pecuniam: qz vertā in rē dñi: et poſtea nō vertit: nunqd tenebiť dñs de in rem verſo. Rñ.qꝫ nō ne nimia credulitas noceret dño vel calliditas ſerui. [volenti ad luxurie materiam] ſub. prouocādā: multo forti⁹ ſi accepit volūtate dñi vnguēta ad luxuriā extinguēdā. ex quo colligetis ar. ſi dicit ſcholaris ſeruienti ſuo: vade et emas carnes et accipies mutuo vel in credentia ſi poſtea ſeruiēs accepit pecuniā mutuo et emit qd teneť ſcholaris mutuanti ſicut tenetur hic dñs de in rē verſo: ſi ſeruus accepit in eam cām in qua dñs voluit ſiue factus ſit locupletior ſiue non [de in rem verſo] qz ſufficit negotium vtiliter ceptum. vt.ſ.de negu.geſt.l.ſed an vltro. [noceret] ſcz dño qd eſſe non debet arg.C.de pac.l.ſeruus. cum ſuis ſimilibus. vnde not. hic qd quis nō debet eſſe nimis credulus. et ad hoc facit de eo per quem fac.erit.l.j.§.j. [qui vertať] ſed contra.ſ.de exerci.l. vlti.

☞ Sufficit negotium vtiliter eſſe ceptum ad hoc vt actio de in rem verſo competat. Item ſi pluribus ex eodem cauſa competit hec actio melior eſt conditio occupantis. hoc dicit.

Si mutuatus ſit.

†In.§.iſto dr ſeruus accepit pecuniam mutuo ad veſtem cōparandā: nūmi perierunt cui teneť dñs de in rē verſo an creditori vel vēditori. et rñdeť diſtinguendū eſſe. nā ſi ſeruus cōparauit veſtē et pretiū ſoluit: et poſtea periit veſtis dñs tenebitur creditori. ſi autē ſeruus perdidit pretiū anteqꝫ ſolueretur venditori et veſtis periit teneť dñs venditori et creditori: qz res eius peruenerūt in rē dñi ſi dicat aliquis hoc eſt malū ſi ſeruus accepit.x.mutuo et emit veſtē neceſſariā familie dñi et pecunia eſt amiſſa anteqꝫ ſolueret venditori qꝫ dñs teneať creditori in.x. et venditori in.x. et ita damno afficieť. ſed iuriſcon. rñdet non eſt ita: qz dñs vtriqz tenebitur: ſed melior erit conditio occupantis: et illius qui primo venit ad ſententiam. nam iniquum eſſet dñm condemnari de in rem verſo vtriqz. hoc dicit iſte.§.cum.l.ſeq. videatis expoſitionem litere. [an venditor] ſub. queritur. [numeratū ſit] ſcz venditori veſtis. [dñm teneri] quare qz ſufficit negotium vtiliter inchoatum. vt.ſ.proxi.§.[eſſe debere] et ita not. hic caſum in quo eſt melior conditio occupantis. ſimile habuiſtis.ſ.de peculio.l.ſi vero.

☞ In rebus non neceſſarijs verum pretium in neceſſarijs pretium conuentum inſpicitur. hoc dicit.

Si res domino.

†In prin. huius.l.diciť: ſi ſeru⁹ emit res: puta ſuos dño nō neceſſarios teneť dñs de in rem verſo: quatenus⁹ pretiū ſeruorū facit: ſed ſi emit neceſſarios teneť inſolidū: et teneť dñs de in rē verſo ſiue ratū habuit contractū ſiue non. ſed qd ſi ſeruus emit aliqd dño: nunqd pōt agi cōtra dñm. et rñdeť ſi emit voluntate dñi pōt agi qd iuſſu. ſi vero non volūtate dñi emit: ſi dñs poſtea ratū habuit vel in rem domini verſum eſt pōt agi de peculio. [pretiū facit] .i. iuſtū nā in tantum eſt locupletior. vt.ſ.de neg.geſt.l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego. [eſſe actionem] et ad iſtud accedit.ſ.de peculio.§.ſi quis.

Placet.

In.§.iſtu diciť ſi ſeruus accepit mutuo pecuniā et ſtatim peruenit ad dominū teneť de in rem verſo. ſed ſi primo fuit in peculio et poſtea vertit in rem dñi teneť de in rē verſo ſi dñs eſt locupletior: ſed et ſi ſeruus donauerit rem peculiarem dño ceſſat actio de in rem verſo: ſed ſi ſeruus accepit mutuo pecuniā et dño donat: dñs tenetur act. de in rē verſo. Sed quid ſi ſeruus meus accepit argentum a te vt faceret tibi pocula et fecit. his factis deceſſit nunquid tibi teneor de in rem verſo. dixit mela qꝫ ſic: qꝫ non eſt verum ſed illa poſſum vēdicare. Sed qd ſi ſeruus accepit pecuniā mutuo et emit odores et vnguēta ad fructus dñi: nunquid heres dñi tenebiť de in rem verſo. certe ſic. ſed quid emi a ſeruo tuo hereditatem que pertinebat ad te et ſolui pecuniam creditoribus hereditarijs. poſtea tu agis contra me et euincis a me: nunquid habebit

bit locum actio de in rem verſo. videt̃ ꝙ ſic. nam ſi hereditatẽ emi a ſeruo: ꝛ pro pretio heredit. cõpenſaui qđ mihi debebat competit mihi actio ex empto de in rem verſo: ſed hoc non eſt verum qđ actori competat de in rem verſo: niſi ſeruus id feciſſet vt in rem dñi verteretur. hoc dicit iſte. §. vſq; ad. §. ſi filius [fecit] ſ. ex poſtfacto. [non videtur verſum] accedit. ff. eod. l. ſi filio. [creditoribus] ſcilicet hereditarijs [deinde hanc hereditatem abſtuleris] quia non habuiſti ratam illam venditionem [peruenerit] ſ. de pretio: quia qui cõpenſat videtur ſoluere. vt. ff. rem ratam hab. l. quo enim. in fin.

Si filius. In iſto. §. dicit̃ ſi filiusfa. accepit pecuniã mutuo pro dotãda filia ſua que eſt in poteſtate patris quatenus pater tenebat̃ eam dotare: eatenus dabit̃ actio creditori. ſi tñ accepit hoc animo vt verteret in rẽ patris. ꝛ idem eſt ſi accepit nomine ſue filie vel ſororis vel neptis nate ex altero filio. ꝛ idẽ eſt ſi ſeruꝰ accepit pecuniã mutuo pro dotanda filia dñi. nam dñs tenet̃ de in rem verſo. ſi vero pater nõ fuerat daturus in dotẽ nõ videtur verſum in rem pr̃is ꝛ ideo nõ tenebit̃ de in rẽ verſo. [dederit dotẽ] q: paternũ officiũ eſt dotare. vt. ff. de ritu nup. l. qui liberos [nõ videt̃] ſ. quo caſu pater nõ erat daturus nec tenebat̃ eam dotare.

☞ Non videtur verſum ſi nõ durat verſum. h. d.

Si pro parte. † In prin. huius. l. ponuntur caſus in quibꝰ pater ex contractu filij cõuenitur de in rem verſo: vt ſi filius fideiuſſit pro patre vel creditori patris ſoluit qđ mutuo ab alio accepit vel ſi defendit patrẽ in iudicio ꝛ fuerit cõdemnatus ꝛ ſoluit vel ſi ꝑmiſit dare creditori patris qđ pater dare tenebat̃. nam tenebit̃ iſtis caſibus pater de in rem verſo: niſi filius animo nouandi patri promiſerat: vnde ſi filꝰ quaſi defenſor patris ſuſcepit actionẽ de peculio vſq; ad quãtitatẽ que erat in peculio tenebit̃ pater de in rem verſo. ſi ergo ſecuta ꝯdẽnatione nõ haberet locũ de peculio tenebitur de in rem verſo. hoc dicit princi. huius. l. videte expoſitionẽ litere. [ſi pro patre filium fideiuſſerit] alio nouãdi qđ eſſe põt. vt. C. quod cum eo. l. f. [ſuſceperit] ſcʒ animo nouandi [liberauit] vt. ff. de ſolu. l. ſolutione [cõuenerim filium] ſ. ſolũ. [dum ſe obligat] ſ. q: tunc ceſſat actio de in rem verſo [vſq; ad quãtitatẽ peculij] ſcʒ lata ſententia ſuper actione de peculio.

In rem aũt verſum. In. §. iſto dicitur quod ex contractu filij pater tenet̃ de in rẽ verſo ſi in totũ eſt verſum: ſed ſi pro parte verſum eſt pro parte tenebit̃: ſed ſi pater conuenit̃ de in rem verſo: nunq̃d tenebit̃ ad ſortẽ ꝛ ad vſuras. certe ſic: ſi eſſent promiſſe alias nõ: niſi forte gereret negotia dñi: ꝛ ego contẽplatione dñi mutuaui tibi: nõ vt gerẽti negotia dñi: ſʒ vt ego gereres q: tunc in act. nego. geſt. cum ſit bone fidei veniunt vſure. h. d. iſte. §. videte expoſitionẽ litere. [in rem autem verſum videt̃] ſcʒ ꝙ ſeruo mutuauit. [erit actio] ſcʒ de alia parte verſa de in rẽ verſo. vt inſti. qđ cum eo. §. in rem actio. ꝛ ita no. qđ quod iuris ſit de toto quo ad totũ: idem iuris eſt de parte quo ad partẽ concor. ff. de rei vendi. l. que de tota. [non ſunt] vt. C. de vſur. l. quamuis. [experiri] quia hec actio nego. geſto. eſt bone fidei: vnde in ea veniunt vſure. vt. ff. de neg. geſt. l. quia tantundem.

Verſum autem ſic accipimus. Quia in ſuperioribus habuiſtis ꝙ pater conuenitur de in rem verſo. ideo in. §. iſto dicitur quando dicitur verſum ꝛ videtur verſum ſi durauit verſum: ꝛ ideo ſi dñs vel pater qđ ſeruus vel filius vertit ei ſoluit non videtur verſum. ſed ſi ſoluit ei in neceʒ creditoris: non videtur verſum. verumtamen poterit pater vel dominus de dolo conueniri a creditore. nam ꝛ peculij debitor ſi ſoluit ſeruo fraudulenter non videtur liberatus [vt duret verſum] vnde not. qđ ita demum dicitur aliquid fieri ſi durat factum. vnde illud not. qui incipit: ſed qui perſeuerauerit. ꝛ ad iſtud concor. ff. quod cuiuſq; vni. no. l. item eorum. §. quod ſic.

☞ Debitum ſi pater vel dominus ſoluit non videtur in rem eius verſum ꝛ ſi pater vel dominus cedat deſinit verſum ſecꝰ ſi donet niſi animo remunerandi. hoc dicit.

Si domini debitor. † In. §. iſto dicit̃ ſeruus debebat dño ſuo xxx. a quodam alio accepit mutuo. xxx. ꝛ dño ſoluit: nunquid tenebit̃ dñs de in rem verſo. certe non: ſecus ſi acciperet. xl. mutuo ꝛ dño ſoluit illa xl. q: tunc dñs tenet̃ de in rem verſo. ꝛ hec ſunt vera qñ ab initio ſeruꝰ erat debitor dñi: q: ſi ex poſtfacto cepit eſſe debitor dñi ſimilr̃ dicendũ eſt ꝙ dñs teneat̃ de in rẽ verſo ſi ſeruus ſoluit domino: ſed ꝛ ſi dominus donauit ſeruo quantũ ſeruus ſoluit creditori ipſius non videt̃ verſum in rem domini ſi fecit animo tollende obligationis. ſi autem donauit non animo tollende obligationis videtur verſum. h. d. iſte. §. videte expoſitionem litere. [non videri verſum] quare: quia tantundem videtur ſibi abeſſe. vt inſti. de le. §. ſi res.

Idem querit ſi. x. In. §. iſto dicitur ſeruus a creditore accepit. x. mutuo ꝛ illa vertit in rem dñi: ꝛ poſtea. x. accepit mutuo a dño: ꝛ inſuper inuenit̃ habere in peculio. x. nũq̃d deſinit eſſe verſum quatenus eſt in peculio an pro rata. ꝛ reſpondetur qđ tollitur actio de in rem verſo. idem eſt ſi ſeruus vertit in rem dñi. x. ꝛ poſtea cepit eſſe eius debitor in. x. ꝛ poſtea creditor eius ſumme quaʒ ſibi debuit actio de in rem verſo non cõualeſcit. [conſtitutus] propter quod ſit compenſatio. accedit. ff. eo. l. ſi domini. [quod verum eſt] ſcʒ vt non conualeſcat. ꝛ ita not. qđ actio ſemel extincta nõ conualeſcit in perpetuũ. vt. ff. de ſolu. l. qui res. §. aream.

Ideʒ tractat. In. §. iſto dicit̃ pater ꝛ filꝰ erant duo rei debendi filius accepit mutuo pecuniam ꝛ ſoluit creditori patris: nunquid pater tenet̃ de in rem verſo. rñ. ꝙ ſic. idem ꝛ in alio caſu ſi filiofa. iuſſu patris credidiſti quatenus peruenit ad patrẽ videt̃ verſum in rẽ patris. ſi autẽ nõ peruenit ad patrẽ nõ tenet̃ de in rem verſo. ſed ꝛ ſi ſeruꝰ accipit pecuniã mutuo vt ſoluat ſuo creditori licet dñs de peculio ſit liberatus nõ intelligit̃ verſum [actionẽ] ꝛ ita eſt pro ſnia noſtra qui dicimus ꝙ duo rei debẽdi vident̃ adinuicẽ fideiubere quatenus ad ſe nõ ꝑuenit. vt. ff. ad vell. l. vir vxori.

☞ Si res ematur per filium vel ſeruum pluſquam valeat eatenus dicitur verſum quatenus valet ſi vero minus non prius quam ſit empta. hoc dicit.

Si fundum. † In. l. iſta dicitur filiusfami. emit fundum pro. x. patri vel dño: nunquid tenet̃ de in rem verſo. Rñ. ſi fundus nõ valet niſi. viij. tñ octo vident̃ verſuʒ. ſi aũt plus valet ſcʒ. xij. nõ tenet̃ pater vel dñs niſi quantũ verſum eſt nõ quantum valet [emptus eſt] q: filius ꝛ ſeruus patris conditionem poſſunt facere meliorẽ nõ deteriorẽ. vt. C. de pact. l. filius.

☞ Eo caſu quo vnus ex ſocijs poteſt pro peculio quod eſt apud alterum actione de peculio conueniri pro eo quod in reʒ alterius verſum eſt ſuccedit actio de peculio. hoc dicit.

Si in rem alterius. † In. l. iſta dicitur: duo erãt ſocij eiuſdẽ ſerui: ſeruus cõtrahẽdo vertit in rẽ vniꝰ dñi: nunq̃d poterit conueniri de in rẽ verſo ſolus ille in cuius rẽ verſum eſt an ſocius. Rñdet̃ ꝙ ſolus ille in cuius rem verſum eſt põt conueniri. hec vera ſunt qñ ſeruus non habebat peculiũ: ſed ſi habebat peculiũ põt vnus ex ſocijs conueniri de peculio qđ pertinebat ad alium ꝛ habebit̃ ratio peculij qđ eſt apud alium ita hoc caſu poterit agi cum vno ex ſocijs ex eo quod eſt verſum in rem alterius. [marcellus notat] ideſt notabiliter diſtinguit. alij exponunt notat ideſt reprehendit. [non poteſt] contra eum in cuius rem verſum non fuit: quia ademptum fuit licet ibi poſſet agi de peculio. vt. ff. de pecu. l. ꝛ ancillarum. in fi. ita per conſequens habetur ratio eius quod verſum eſt in rem alterius.

Si filius. In. §. iſto dicitur ſi filius conſtituit ſe ſoluturum illud qđ pater debet nõ poterit cõueniri pater de in rem verſo: q: qui conſtituit ſe obligat: non autem liberat debitorẽ ſed ſi filius cõſtituit ſe ſoluturũ pro patre ꝛ ſoluit pater poterit conueniri de in rẽ verſo. [non liberat] vt. C. de conſti. pecu. l. vlti. [dicetur] vt. ff. mand. l. papi. vnde tenebitur patri de in rem verſo. vt. ff. eo. l. ſi pro patre. in princip.

☞ Qui agit actione de peculio conſequitur qđ ſupereſt deducto eo qđ dño debetur. ſed qui agit de in rem verſo conſequitur quod ſupereſt in eo quod dominus dedit pro re. hoc dicit.

Quidam fundum. † In. l. iſta dicit̃. dominus fundũ colendum locauit ſeruo ꝛ dedit ei boues: iſte ſeruus boues alij vendidit de mandato dñi: cum iſti boues non eſſent idonei ꝛ mandauit ei qđ alios boues emeret de pretio iſtorum boum: iſte ſeruus alios emit: ꝛ nunc venditori pretium non ſoluit: modo queritur vtrum venditor poſſit agere contra dominum actione de peculio vel de in rem verſo. ꝛ reſpondetur ꝙ non: niſi in id quod erat plus in pretio boum priorum. [non eſſent idonei] ſcilicet ad culturam [alios redemerat] ideſt acceperat. [conturbauerat] ideſt fugauerat rationem domini.

☞ Ad hanc actionem ſufficit negotium vtiliter ceptum ſicut in actione mandati ꝛ negotiorum geſtorum. hoc dicit.

Si ſeruus. † In prin. huius. l. dicitur: ſi ſeruus accepit mutuo. x. vt verteret in rẽ dñi ꝛ poſtea perdidit dñs tenet̃ de in rem verſo. nã ꝛ ſi ꝓcu. alicuius accepit pecuniã mutuo ſolũ ꝓſurus in rem dñi ꝛ rem ꝑdidit ſine culpa eius aget man. vel nego. geſt. contra dñm. hoc dicit prin. huius. l. [acturum] quia

ſufficit negotium vtiliter inchoatum.vt.ſ. de negot. geſt.l.ſed an vltro.

1 ☞ De eo qđ datur vicario ſi in rem domini vertatur agitur hac actione ſecundum eius naturam. Si vero peculium ordinarij ſit conuerſum reſpectu ordinarij habet hanc naturam:reſpectu domini naturam actionis de peculio hoc dicit.

1 **Cum ſticho.** †In.§. iſto dicit.tu habebas ſeruũ noĩe pāphilū ordinarium ⁊ ille habebat ſtichū ſeruū ſuū vicarium cõtraxi cum ſticho vicario pamphili:nunqđ potero te conuenire de peculio ſi in rē tuā vel in peculium pamphili vertit. Rñdet ꝙ ſic:⁊ hoc ſi agam mortuo vel alienato ſticho vicario:ſed ſi agam mortuo pamphilo licet ſtichus viuat de eo qđ eſt verſū in peculium pamphili debeo agere intra annum computandum a die quo deceſſit. [cõtraxi]mutuando ſibi[tantum debeat]quare:quia non tam de in rem verſo ꝙ̃ de peculio videor experiri que actio eſt annalis vt ſ̃.quando actio de pecu.eſt an.l.i.[fiat] vt.ſ̃. de pecul.l.ſed ſi damnum.§.peculium. [debet] ſed deducto quod ſtichus debet ſic.vt.ſ̃.eo.l.ſi pro parte.§.ſi domini.

1 ☞ Actio de in rem verſo competit ei qui principaliter contrahit vt in rem domini vertatur.

1 **Q Vamuis.** †In lege iſta dr̃ ꝙ aliqñ eſt aliqđ ꝙ vertit in rem meā ⁊ teneor de in rē verſo vni:⁊ alij nõ verbi gratia:mutuaſti ſeruo meo vt in rē meā verteret:putavt emeret frumētū quo aleret a familia mea:ſeruus dedit tibi fideiuſſorē de pecunia illa tibi reddēda:nunqđ tenebor creditori vel fideiuſſori:⁊ certe creditori:qꝛ creditor videt ſibi querere actionem de in rem verſo fideiuſſori tenebor de peculio:qꝛ vr̃ querere actionē de peculio.h.d. iſta.l.videatis expoſitionē litere. [quāuis in eam rē pro ſeruo meo].i.cõtēplatione ſerui mei.[ꝓprius eñ]ſcꝫ eſt[verſum eſt]vnde creditori non fideiuſſori datur actio de in rem verſo.ſecus autem eſſet ſi vnus tradidit ⁊ alter vendidit quia occupantis melior eſt conditio.vt.ſ̃.eo.l.iij.in fi.⁊.l. ſequē.

1 ☞ Si filius emit rem ſibi neceſſariam ⁊ extunc ipſam rem pater in ipſius filij funus conuertit in rem eius verſa videtur. Item in actione de peculio venit quod in rem eſt verſum ⁊ ſic poſt annum hec actio eſt neceſſaria.hoc dicit.

1 **S I filiuſfa.togā emit.** †In lege iſta dicitur filiuſfamilias emit ſibi togam: pater credebat ſuam eſſe nõ a filio emptā:mortuo filio pater illā togam dedicauit in funus filij conuenitur a venditore toge:nunquid conuenietur de in rem verſo vel de peculio. ⁊ certe videt neratio quod debeat conueniri de in rem verſo: non de peculio[exceſſit]vt.ſ̃.quando act.de peculio eſt annalis.l.queſitū.

1 ☞ Filia ſi mutuum in alimenta conuertit tenetur pater de in rem verſo ſi onus alimentorum ad patrem ſpectabat. h.d.

Tutor pupilli. ¶ † Iſta. l. eſt verboſa in ſui prin. ⁊ lʒ ſit multū verboſa tñ facilis eſt. ⁊ in prin. vſqʒ ad §. cum heres ponunṫ plures caſus in quibus ceſſat ſenatuſcon. velle. quia mulier non intercedit ſi videtur ab initio pro ſeipſa obligare. ⁊ primus caſus eſt talis. Quidam pupillus habuit tutorem: tutor deceſſit titio herede relicto: titius q2 putabat tutorē male geſſiſſe negotia pupilli volebat repudiare hereditatem tutoris dixit mater pupilli. O Titi ſecure adeas hereditatem tutoris q2 promitto tibi indemnitatē: poſtea titius adiuit ⁊ ſtipulatus eſt a matre indemnitatem ſibi preſtari: quondā pupillus egit tutele: titius preſtitit aliquid pupillo. agit cōtra matrē ex ſtipulatione qua promiſit ei indemnitatē preſtare. nunquid mulier vtetur excep. velle. certe non: q2 non interceſſit pro aliquo. ⁊ hic eſt primus caſus: ⁊ huic queſtioni ſubiicitur alia queſtio non diſſimilis: ſed ſimilis. Ponamus quidam vir pretorius pretorie dignitatis habebat vnum puberem: alium impuberē: deceſſit eis relictis heredibus. frater pubes erat legitimus: tutor fratris ſui impuberi volebat ſe ⁊ fratrem ſuum ab hereditate abſtinere: mater pupilli indemnitatem ei preſtare promiſit: ſi poſtea pupillus agat contra fratrem: ⁊ damnum frater pubes eo nomine paſſus eſt: ⁊ agat ꝯ mulierem nunquid vteṫ excep. velle. ſenatuſcon. certe non: q2 hic nō interceſſit pro aliquo. Tertius caſus eſt talis: qđ ſi frater pubes paſſus eſt damnum ex eo qđ debitores hereditarii non ſunt ſoluēdo: nunquid mulier vtetur excep. velle. certe non: q2 iſte non hʒ regreſſum ꝯ mulierem: cū mulier non interceſſerit pro hoc. ⁊ idem eſt ſi mulier emit hereditatem: ⁊ promiſit creditoribus ſoluere es alienum ⁊ non inuenitur hereditas idonea ceſſat velle. ſenatuſconſul ſecus tñ eſſet ſi titius dicebat nolo adire hereditatem: quia credo nomina hereditaria nō idonea: ⁊ mulier dixit ſecure adeas: q2 de eo qđ debitores hereditarii non erunt ſoluendo promitto tibi indemnitatem: q2 hoc caſu eſt interceſſio hʒ locum ſenatuſcon. velle. h. d. prin. huius l. videatis expoſitionem litere [titio] extraneo [dubitaret] ſcilicer titius [adiret] ſcilicet iti [ſtipulatuſque] ſcilicet ſuit titius [negaui] ſcilicet ego affricanus [quoniam vix] idest non aliqſi exponiṫ vix. i. difficile. vt. ff. de iudi. l. vix certis ex cauſis [apud eundē] ſcʒ alium: nec per ſe. vt. ff. de fideiuſ. l. ſi qs pro eo. §. i. [poſſit] ⁊ hec vera ſunt cum mater dixit: promitto indēnitatem de eo qđ debes vel debebis pupillo in ſecunda perſona ſecus ſi dixit in tertia perſona. ⁊ ſic tollitur contrarium. vt. C. eo. l. ſi mater. ⁊. ff. eo. l. ꝗꝗ. Nec diſſimilē. incipit ſecundus caſus: ⁊ ita ait affricanus [vir pretorius] qui dignitatem habebat ſine adminiſtratione. ⁊ loquitur ſm antiqua tempora. vt inſti. de ſuſpe. tuto. [fratri eſſet] futurus qui ſuperesat legitime etatis: nam olim erat ſiduciarius tutor: hodie eſt legitimus. vt inſti. de legi. tuto. [vxoris] nouerce ſue [ſeruare] quare q2 in rem ſuam videtur ſideiubere. vt. ff. e. l. ſed ſi ego. ⁊ l. aliquando [interceſſio] quaſi dicat licet ſi non ſit vere interceſſio: tamen eſt quaſi interceſſio ex quo mulier promittit vt ſubleuet illos qui non erant ſoluendo. vt. C. eo. l. ſi mater.

☞ Creditor delegatus a muliere intercedente anteꝗ ſoluat tutus eſt velleiano: ⁊ ſi agat exceptione velleiana repellitur.

Cum haberes. † In § iſto incipit ſecūda pars huius l. in qua diciṫ. tu habebas titium debitorem in. x. mulier volebat pro eo apud te intercedere: tu nolebas mulierem accipere propter excep. velle. unde illa mulier venit ad me ⁊ rogauit ꝙ mutuarem ei pecuniam. ⁊ ego dixi ꝙ mutuarem ei. vnde ei. x. mutuaui: ⁊ ipſa promiſit mihi reddere. x. per ſtipu. cum ignorarem in quam cām acciperet mulier: poſtea iuſſit tibi numerare: ego cum non haberē ad manus promiſi tibi illa. x. per ſtipu. poſtea peto a muliere illa decem: nunquid hʒ locum excep. velle. ſenatuſcon. ⁊ certe videtur ꝙ non [ignoranti] vt mulier acciperet pecuniam vt titio ſolueret [detur] ſcilicet velle. ſenatuſcon. vt. ff. eo. l. ꝗꝗ. ⁊ l. ſi mulier. [quanto] pro quia [interceſſiſſe] ſcilʒ q2 his caſibus hʒ locum velle. [condicere] ſcʒ condictione ſine cā. vel indebiti [eſtimaui] ſcʒ ego affricanus qui feci. l. iſtam. lʒ Iulianus ꝯ ſenſerit. vt in fi. l. dicitur. vnde quidam dicunt quod hic diciṫ infra corrigitur per Iulianum. Uel dicatis vt ibi dicam [at in propoſito] i. in propoſita queſtione [volui] ⁊ ita erit locus ſenatuſconſul. velle. ſm Iulianum. ⁊ ſic corrigit ſniam affricani. vel dicatis ꝙ ſtandum eſt ſnie affricani. ⁊ qđ hic dicitur per Iulianum non eſt verum. Uel dicatis aut queſitus fuit color: q2 non accipiebam mulierem pro fideiuſſore: q2 poterat iuuari excep. velle. feci ꝙ mulier fuit principalis. quo caſu vera eſt ſnia Iuliani. aut non fuit color queſitus: ſed ignorante te factum eſt: quo caſu vera eſt ſententia affricani. vt. ff. eo. l. quamuis. §. ſi cum eſſem. ⁊ argu. ff. eo. l. vlti. §. antepe.

☞ Actio reſtituitur contra omnes qui ex interceſſione mulieris liberati ſunt.

Si pro vno. † In l. iſta diciṫ. ſi habeo duos reos ⁊ pro vno intercedit mulier animo nouandi mihi reſtituitur actio aduerſus vtrunqʒ. hoc dicit iſta l. videatis expoſitionem litere [interceſſerit] animo nouandi: ⁊ ſic vterqʒ fuit liberatus. vt. ff. de noua. l. iii. [creditori] quare: quia ex quo liberatur vnus ⁊ alius. vt. ff. de duo. reis ſtipu. l. ii. ⁊ hoc veruʒ eſt in duobus reis debendi pro quibus mulier interceſſit. ſecus in duobus reis ſtipulandi. vt. ff. eodem. l. quamuis. §. quanquam.

Si pro aliquo. In l. iſta dicitur. ſi mulier interceſſit pro aliquo in rem ſuam ceſſat velle. ſed ⁊ ſi mulier pecuniam dedit alicui [pauperior] concor. ff. eo. l. in rem. ⁊ l. ſʒ ſi ego [oneribus enim earum] idest interceſſionibus non donantibus ſenatus ſuccurrit. vt. ff. eo. l. ſed ſi ego. in fine.

Si mulier. In l. iſta dicitur. ego cuidā mulieri dedi decem vt ſolueret creditori meo ipſa promiſit ex ſoluere: nunquid ſi mulier conueniatur a creditore erit locus velle. certe non: q2 mulier videtur in rem ſuam obligata [obligari] concor. ff. l. pro px. ⁊ l. aliquando. ⁊ l. ſi mulieri.

Si mulier. In l. iſta ſi mulier a creditoribus hereditariis conueniṫ: ⁊ in iure interrogata an eſſet heres: ⁊ rñdit ſe heredē eſſe vt ſubiiceret ſe oneribꝰ hereditariis ꝑ herede: ſciēs ſe nō eſſe heredē nō vtetur ſi poſtea conueniatur exce. velle. ſed

ſi ignorabat ſe heredē lʒ teneatur creditoribus hereditariis: tamen qꝛ obligauit ſe pro herede vtetur excep.velle.h.d. iſta.l.videatis expoſitionem litere[ſi mulier in iure interrogata]quod debet fieri.vt.ſ.de inter.actio.l.i.[rñdit ſe heredē eſſe]vt ſubiceret ſe oneribus hereditariis[minime]idest nō[que decepit]concor.ſ.eo.l.ſi decipiendi[qd ſi eſtimauerit]ſcʒ per errorē[ſenatuſcon.]ſcʒ velle.[adiuuari]qꝛ pro alio ſe obligat.i. pro herede.ꝛ eadem diſtinctio adhibetur ſi mulier ſeruum alienū reſpōdit eſſe ſuū volens liberare dñm.vt.ſ.eo.l.ſi mulier intercedēdi.

1 ☞ Si mulier debitrix delegatur non iuuatur velleiano: ſecus ſi aliquid promittat creditori ne recipiat ſuaʒ delegationē.

1 **DEbitrix mulier.** †In prin. huius.l.dicitur.mulier in veritate debebat tibi.x.ꝛ tu mihi.x. delegauiſti mihi mulierē:ꝛ ab ea ſum ſtipulatus illa.x.aīo nouādi nunquid ſi eam conueniam vtetur excep.velle.certe non:qꝛ in rē ſuam mulier videtur ſe obligare: ſed quid ſi promiſit mihi pecuniam ne a creditore ſuo delegetur: nunquid ſi eam cōueniā vtetur excep.velle.certe ſic:qꝛ videtur pro alio interceſſiſſe.hoc dicit iſta.l.[non vtet]ſ.qñ in veritate debebat.ꝛ ita ex efficaci eā fuit deleg ata.aīa ſec°.vt.ſ.e.l.ꝙuis.§.ſi mulier.ꝛ.l.vir vxori.

1 ☞ Per ſenatuſconſultum actio ſtatim reſtituitur in priſtinū debitorem in eo ſtatu in quo erat.

1 **Si ſenatus.** †In.§. iſto dicitur.ſi mulier intercedit pro alio animo nouādi ipſa iuuatur beneficio velle.ſed nunquid reſtituitur ſtatim actio creditori in primum debitorem: an ſi mulier ſoluat ꝛ repetat: ꝛ certe ſtatim:nec expectabitur ꝙ ſoluat mulier.hoc dicit iſte.§.videatis expoſitionem litere[competat]ſtatim ipſo iure ex iſto edicto.[condicat]condic.indebi.quod poteſt facere.vt.ſ.de condi.indebi.l.qui excep.[ſolutionem]ſcilicet ꝙ mulier ſoluat ꝛ repetat.accedit.ſ.eo.l.i.in fine.

Si pro eo. In.§.iſto dicitur.tu tenebaris mihi in.x.aliqua act.temporali de qua nō ſuperſunt.x.dies.mulier interceſſit pro te aīo nouandi: nūquid reſtituitur in te priſtina actio.ꝛ certe ſic.ꝛ reſtituetur tanti temporis quanti erat cum mulier interceſſit ꝛ non perpetuo: ꝛ mihi creditori incipiunt currere illi.x.dies ſtatim facta reſtitutione.[reſtituetur]ſcʒ in priſtinum debitorē[ſic tū].i.hac cauſa[cōpetierat]ſcʒ in veterem debitorem.ꝛ hoc eſt verum in perſonali actione.ſecus eſt in hypothe.quia illa per interceſſionem mulieris non perimitur.vt dixi.ſ.eo.l. aliquando.§. de pignorib°.

SI mulier alias ſi domina. ¶ In.l.iſta dicitur.domina mādauit ſeruo ſuo credi pecuniam:certum eſt ꝙ tenetur qd iuſſu acti.ſed nunquid ſi fideiuſſerit pro eo ſi conuenitur locus eſt ſenatuſcō.velle.ꝛ certe ſic:niſi iuſſerit cōtrahi in re peculiari vel in ſuo negotio.h.d.iſta.l.videatis expoſitioneʒ litere[actione oneraria]ſcilicet quod iuſſu[tenebitur]vt.ſ.quod iuſſu.l.i.ꝛ.ii.ꝛ per totum[quod ſi pro eo]ſcilicet ſeruo.alii habent quod ſi pro ea.ſ.muliere[conuenta]alias conuentus[poterit]quia aliud eſt iubere:aliud fideiubere.vt.ſ.quod iuſſu.l.ii.§.i.[hoc fecerit]qd facere poteſt dominus pro ſeruo ſuo.vt inſtitu. de fideiuſſo.§.i.

a **SI mulier.** In.l.iſta dicitur.mulier conuenta de ſeruo alieno nolēs liberare dñs in iure interrogata rñdit ſeruū alienum ſuum eſſe animo fideiubendi:nunquid ſi conuenitur vtitur beneficio velle.certe ſic:ſed ſi ſeruus ſeruiebat ei bona fide ꝛ rñdit eum ſuum eſſe:hoc caſu non videtur interceſſiſſe[videt]adhibita diſtinctione quā dixi.ſ.eo.l.ſi mulier in iure interrogata[interceſſiſſe]quia datur noxalis actio cōtra bonefidei poſſeſſorem. vt .ſ.de nox.l.non ſolum.ꝛ.l.bonafide.ꝛ.l.ſe.ꝛ qꝛ quodammodo videtur vera fiteri.vt.ſ.ad.l.iul.de adul.l.ſi poſtulauerit.§.de eo.

☞ Velleianum non preiudicat ei qui non putat mulierem intercedere.

b **BOna fide perſonam mulieris.** †In prin.huius.l.dicitur.mulier petiit a me pecuniam ſibi mutuo dari: ipſa ſoluit creditori mariti me ignorante: cum creditor mariti nollet ei credere cum nolebat intercedere pro marito ſi conuenatur mulier a me nunquid poterit vti excep.velle.contra me.reſpondetur ꝙ non[non ſubmouetur]vt.ſ.eo.l.ſi mulieri:ſecus ſi color eſſet queſitus:nam tunc locus eſſet ſenatuſconſul.velle.vt.C.eo.l.ſi feneb͛is.

Cum ſerui. In.§.iſto dicitur.tu habebas ſuos inſtitores:iſti ſerui pro debitorib° ſibi obligatis acceperunt mulierem intercedentem pro eis aīo nouandi.tu dño agis cōtra mulierē:nūquid repelleris excep.velle.certe ſic: nec licebit tibi dicere qd non licet ſeruis tuis facere conditionem tuā deteriorē: qꝛ nō faciunt: ſʒ potius tibi nō acquirunt:ſicut ſi emiſſent litigioſum prediūʒ aut liberū hoiem.h.d.iſte.§.[nec videtur]iuriſcon.rñdet tacite oppoſitioni que poſſet ſibi fieri[per ſeruū fieri]quod eſſe non pōt.vt.ſ.de po.l.pe.ꝛ.ſ.de pact.l.contra iuris.qꝛ licet mulier intercedit reſtituitur ei actio cōtra priſtinū debitorē.vt.ſ.eo.l.i.[litigioſum prediū]prediūm litigioſum eſt ſi peto a te prediū ꝛ lit.conteſt.ſm hec tempora. vel hodie oblato libello alienas illud predium in aliū nam alienatio non tenet.vt.C.de litig.l.i.ꝛ.ii.ꝛ.l.vlt.ꝛ auſ.litigioſa res eſt.[emerit]vnde not.ſi ſeruus tuus emit prediuʒ litigioſum ignorans non querit dño predium ꝛ non facit cōditionem tuam deteriorem:quia pretiuʒ non ſolutū non ſoluet:ꝛ ſolutū repetet.idem ſi ſeruus tuus emit liberum hominem non tenet emptio:ꝛ non videtur tibi queſitum:ꝛ pretiū non ſoluet:ꝛ ſolutum repetit.vt.ſ.de contrahen.em.ꝛ ven.l.ꝛ liberi hominis.

1 ☞ Mulier que intercedit in rem ſuā velleiano non iuuatur.

1 **Uxor debitricē.** †In.§.iſto dicitur:ſi mulier habebat aliquā debitricem delegauit eam marito ſuo vt ipſe ſolueret creditori mulieris: ꝛ ipſa mulier p debitrice ſua fidē ſuā obligauit:nūqd ſi mulier cōueniaſ vtetur beneficio velle.certe non[geſſit]ſub.non ſe pro alio aſtringit. quod eſt verum ſi fecit hoc non colore queſito: alias ſecus.C.eod.l. ſi fenebris.

1 ☞ Verba enunciatiua a teſtatore prolata creditoribus non preiudicant.

1 **SEia mācipia emit.** †In.l. iſta dicif: quedā mulier ſeia noīe emit mācipia ꝛ accepit pecuniā mutuo p p̄tio mancipiorū ſoluendo:ꝛ dedit fideiuſſorē maritū:poſtea maritus ſoluit illā pecuniā venditori demde maritus in extremis conſtitutus in fraudem creditorū cauit illam pecuniā vniuerſam ſe debere:nunquid per hoc videtur mulier interceſſiſſe vt locus ſit velle.ſenatuſcon. reſpondetur ꝙ non.mulier videtur pro marito interceſſiſſe:qꝛ ipſa debitum principaliter cōtraxerat. vnde ceſſat velle.vt.ſ.eod.l.iiii.ꝛ l.aliquando.

1 ☞ Mulier que rem ſuam obligat vt pecuniam pro alio ſoluat iuuatur velleiano aduerſus creditorem ſcientem.

1 **Fundum.** †In.§.iſto dicif:maritus mulieris obligauit fundum vxoris ſiue ſempronio. poſtea mulier accepit mutuo pecuniam vt liberaret fundum ſuum. modo queritur ſi conuenitur mulier verum poſſit vti excep.velle.ꝛ reſpondetur ſi creditor ſciebat accipere pecuniam vt liberaret fundum ꝙ tunc eſt locus velle.alias non.h.d.iſte.§.videatis expoſitionem litere[fundum]ſcʒ non dotalem[ob conductione]ſcilicet vel ob ſimilem cāam:qꝛ non eſt vis[obligata ſit]numerio ſuo creditori[intercedere].i.hanc pecuniam in cāma riti accipere.[fore ſenatuſcon.]ſcʒ velle.[locum]ſecus ſi numerius ignoraſſet:quia non videtur queſitus color.alias ſic.vt.ſ.l.prox.in principio.ꝛ.C.eo.l.ſi fenebris.ꝛ.l.ſi aduerſarius.

1 ☞ Mulier intercedens iuuatur velleiano ꝛ actio reſtituitur in principalem debitorem ꝛ pignora.

1 **QUidam voluit.** †In.l.iſta dicif.aliqs volebat ꝯhere cū heredibus lucii titii.verūtamen dubitabat vtrum heredes lucii titii eſſent ſoluendo:ꝛ ideo eis mutuare noluit:ſed mutuauit vxori teſtatoris:ꝛ ab ea accepit pignora: poſtea mulier dedit mutuo heredibus lucii titii:ꝛ accepit pignus ab eis. modo queritur vtrū interceſſiſſe videaf: ꝛ vtrū pignora q̄ accepit teneantur creditori.ꝛ rñdet iuriſcon.ſi creditor in veritate intendebat contrahere cū heredibus lucii titii:ꝛ colore queſito contraxit cum muliere locus eſt ſenatuſcon.velle.ꝛ pignora data a muliere non teneñf:ſed pignora q̄ accepit mulier ab heredib° ſunt obligata creditori[non teneri]accedit.ſ.eodē.l.ꝙuis.§. ſi cum eſſem[non eſſe]ipſo iure:ſed contra de equitate pretoria ſic[non oportere]quia ſicut qd fit contra legem non valet: ita qd fit in fraudem legis.vt.ſ.de leg.ꝛ ſenatuſcon.l.nō dubium.

1 ☞ Mulier decipiens non iuuatur velleiano.

a 1 **SI decipiendi[a] animo.** †In.l. iſta dicitur.ſi mulier intercedit pro aliquo animo decipiendi creditorem:qꝛ ſciebat ſi intercederet ꝙ iuuaretur velle.hoc caſu mulier nō defendiſ beneficio velle.qꝛ fuit in dolo.h.d.prin.hu°.l.videatis expoſitionē litere[que in dolum].i.propter dolū[ampliſſimus ordo]ſcʒ ſenatorū q vult ſubuenire mulieribus deceptis ꝛ non decipientibus.vt.ſ.eo.l.ii.§.verba.

Procurator. ¶ In.§.iſto dicif.ſi pcurator mulieris intercedit pro aliquo mandato mulieris:mulier ſi conuenitur poterit vti exceptione velleiani[intercedit]idest non deficit actio ipſo iure.

Si mulier

a ✱Si decipiendi.Dño probef ꝙ mulier voluerit decipere.vis bar.col. in.l.feminis.eo.ꝛ adꝺ ꝙ mulier velleiano de iure renūciare nō poteſt lʒ ꝯſuetudo ſuet ꝯrium. vt not. bart.in.l. doli mali.in.ſ.no.ff.de nouatio. Et ſubdit ibi bart.ꝙ minor non pōt renūciare beneficio reſtitutionis: qꝛ l renūciatione codē modo decipiꝭ per gloſ.in.l.ſi intra.C. de in integ. reſtit.ꝛ l.ſi index circumuento.ſ.d minoribus.

Si mulier. In .l.iſta dicitur. ſi mulier interceſſit pro aliquo contra velle. ⁊ ſoluit. ⁊ ſolutum non vult repetere cum hoc poſſit: immo vult agere mandati contra illum pro quo interceſſit: ⁊ vult cauere de indemnitate preſtanda debitori auditur [ſoluit] per iuris vel facti ignorantiam [nolit repetere] qd poſſet ſi vellet. vt. ff. de condic. indebi. l. qui excep. [⁊ cauere vellet] ſcilicet ei pro quo interceſſit [audienda eſt] vt. ff. l. proxi. §. pen.
☞ Velleianum prodeſt aduerſus eum cum quo contraxit mulier ⁊ ſucceſſori eius ad rem ⁊ ad fructus.

Si mulier hereditatē. ¶ † In principio huius .l. dicitur. mulier hereditatē ſibi delatam adiuit: non qꝛ putaret eam ſibi vtilem eſſe: ſed vt ſubiret eo alienum hereditatis: nunquid ipſa vtetur velle. certe non niſi hoc fecit adhibita fraude creditorū: nā tūc ipſi mulieri ſubuenitur velle. nā mulier nō habet in omni caſu loco minoris .xxv. an. nā minor circūuentus in omni caſu reſtituit: ſed mulier nō niſi intercedat ꝯ ſenatuſcō. velle. h. d. prin. huꝰ .l. videatis expoſitionē litere [vt eo alienū] ideſt pecuniā quā debebat defunctꝰ cuius heres eſt mulier. vt. ff. eo. l. ſi mulieri dederim [vix eſt] .i. cū difficultate eſt. [vel vix eſt] .i. non eſt. ſic exponitur. ff. eo. l. tutor [mulier] qꝛ ſubuenit minori ſi decipit vt repudiet. vt. ff. de mino. l. j. ⁊ .l. apud. ſed mulieri maiori .xxv. ann. ita demū ſubuenit ſi intercedit contra ſenatuſcon. velle. vt. ff. eo. l. j. ⁊ .l. tutor. in pn.

Si mulier. In. §. iſto dicitur. ſi mulier pro aliquo interceſſit ſuſcipiendo in ſe obligationē animo nouandi ⁊ obligauit rem ſuam iuuatur excep. velle. qꝛ intercedit contra velle. ⁊ rem obligatam recuperat cum fructibus: ⁊ habetur ratio deteriorationis: ſed ſi creditor rem ſibi obligatam per interceſſionem aliū vendidit ſicut mulier poteſt rē recuperare a creditore: ita ab emptore: licet ſit bonefidei emptor ne melioris conditionis ſit emptor quam fuerit venditor. hoc dicit iſte. §. videatis expoſitionem litere [recipere] ideſt recuperare [libros recipit] vt. C. de agri. ⁊ cenſi. l. quemadmodū. [venditor] ⁊ quia alienatio fit cum ſua cauſa. vt. ff. de contrahen. emp. ⁊ vendi. l. alienatio. ⁊. ff. de acqui. rerum do. l. traditio.
☞ Mulier ſi vendidit fundum pro alio iuuatur velleiano.

Item ſi mulier. † In. §. iſto dicitur. ſi mulier vēdidit ⁊ tradidit fundū ſuū creditori mariti eo pacto vt pecuniam ſibi debitam pro pretio fundi viro deberet numerare: ſi poſtea mulier vendicet fundum iſtum ab emptore: ſi emptor excipiat de reuendita: mulier replicabit de dolo: quia illa venditio facta fuit contra ſenatuſcon. velle. ⁊ preſumitur interceſſiſſe contra velle. ⁊ hoc eſt verum ſiue creditor emit per ſe: ſiue per alium. Item hoc eſt verum ſiue mulier pro viro: ſiue pro alio debitore rē ſuā vēdidit ⁊ tradidit creditori. h. d. iſte. §. videatis expoſitionem litere [vēdicat] ſcꝫ mulier [opponit] ſcꝫ de rigore iuris [⁊ tradita] vt. ff. de exce. reuēd. ⁊ tra. l. j. ⁊ .l. a titio [ſua] accedit. C. quod met. cau. l. ſi per impreſſionē [debitore] ſcꝫ pro quo mulier nolebat intercedere.

Si mulier ne ipſa itercederet. In. §. iſto dicitur. mulier nō interceſſit: ſed mandauit aliū vt periculo ſuo intercederet: nunquid ille vtet excep. velle. rñdet diſtinguendum eſſe vt ſi eſt factū hoc in fraudē ſenatuſcō. velle. ne mulier intercederet locus erit exce. velle. Si aūt nō eſt factū in fraudē ſenatuſcō. velle. ſed ignorāte creditore ⁊ illo ſciēte: tūc ſi ille agat mādati cōtra mulierē locus eſt excep. velle. ⁊ nihilominus tenebitur creditori. h. d. iſte. §. videatis expoſitionem litere [an in huiuſmodi perſona] .i. mādatarij [diſtinguendū] .i. determinandū [fraudis] accedit. ff. eo. l. quūis. §. ſi cū eſſem. ⁊ .l. ſi fideiuſſores [excludendum eſſe] excep. velle. [teneri.] ⁊ creditori velle. excep. non obiciam. ⁊ ad hoc facit. ff. eo. l. tutor. §. vlt.

Si mulier. In. §. iſto dicitur. ſi mulier interceſſit pro aliquo debitore apud creditorē alo nouandi: ſi poſtea creditor agit ꝯ debitorē ⁊ mulier parata eſt eū defendere: vel iudiciū in ſe ſuſcipere ne in veterem debitorem actio reſtituat: ⁊ renūciat ſenatuſcō. velle. ⁊ cauet ꝙ velle. non vtetur erit audiēda. h. d. iſte. §. videatis expoſitionē litere [ire] ſcilicet ⁊ velle. renūciare. ⁊ ita no. cū excep. velle. ſenatuſcon. ſit introducta in fauorem mulieris ꝙ ipſa pōt renunciare ei: ⁊ ad illud poſtea nō redit. ⁊ ad iſtud accedit. C. qñ mul. tut. offi. fun. pōt .l. vlt. ⁊ in auț. ibi ſignata que incipit matri ⁊ auie. que eſt in cor. auț. vt debi. ⁊ credi. §. qꝛ vero. qd intelligo verum ſi mulier ſciebat ſibi competere exce. velle. ⁊ certiorata fuit: alias ſibi nō preiudicat ſi renūciat excep. velle. ſenatuſcon. vt. ff. de tranſa. l. cū aquili. ⁊ .l. qui cum tutoribus. ſecus eſt in excep. mace. qꝛ eſt odioſa. vt. ff. ad mace. l. ſi pater. §. non ſolū. vñ illi nō pōt renunciari. vt. ff. de poſtu. l. quos prohibet. ⁊ digi. ff. ad mac. l. tam ⁊ ſi.

Intercederem. In. §. iſto dicit. ſiue mulier intercedit pro eo pro quo pōt obligari naturaliter ⁊ ciuiliter vtit velle. ſiue intercedit pro eo qui pōt obligari naturaliter tantū: vt ſi pro ſeruo alieno intercedit aio nouādi vtit benefi. velle. ſed actio reſtituēda eſt creditori ꝯ dñm ſerui. h. d. [nō poſſit] .ſ. ciuiliter. vt. ff. de re. iu. l. in perſonā ciuilē. ſꝫ naturaliter bñ obligat. vt. ff. de condi. inde. l. naturaliter alias enim fideiuſſor accedere nō poſſet. vt. ff. de regu. iur. l. cum principalis [veluti] modo ponit exemplum [actio] ſcilꝫ de peculio vel de in rem verſo. ⁊ ad hoc facit. ff. e. l. ſi pro alieno ſeruo.

¶ De compenſationibus Rubrica.

¶ In ſuperiori titu. dictum eſt qualiter mulieres defendātur per velle. nunc dicendū eſt qualiter nos defendamur per nos in alienis obligationibus: vel in noſtris per compenſationem. vnde de cōpenſationibus faciendis cū debitū eſt liquidū ⁊ clarum. vt. C. eo. l. vlti. videndū eſt. ⁊ pōt compenſare debitor qd debetur ſibi: ⁊ eis qui ſunt in poteſtate ſua. vt. ff. eo. l. verum.

Compenſatio eſt debiti. Iuriſcō. tractaturus de cōpenſationibus pmittit in .l. iſta qd ſit cōpenſatio. in duabus ſequentibus quare fuerit introducta cōpenſatio. vñ in .l. iſta cū duabꝰ ſeq. dicit ꝙ cōpenſatio eſt inuicē creditoris ⁊ debitoris facta cōtributio: ⁊ vnuſqſqꝫ debitor ⁊ creditor ſi paratus eſt cōpenſare pōt repellere ſuū creditorē eundēqꝫ debitorem excep. cōpenſationis: ⁊ eſt introducta cōpenſatio: qꝛ meliꝰ eſt debitori cōuēto nō ſoluere ꝙ ſoluere ⁊ ſolutū repetere. hoc dicit iſta .l. cum duabꝰ ſeq. videatis expoſitionē litere [cōtributio] .i. cōpenſatio: ſiue ſolutionis obiectio. vbi igitur tu petis a me .c. dico tu debes mihi ex alia cā .l. compenſemus. videamus ꝗtum tu debes mihi ⁊ ego tibi: ⁊ qd vltra debeo ſoluā tibi: ⁊ ſic compenſatio eſt cōtributio vſqꝫ ad cōcurrētē ꝗtitatem: ⁊ ſit cōpenſatio de ꝗtitate ad ꝗtitatē: nō de ſpecie ad ſpēm: vł de ſpecie ad ꝗtitatē. vt. ff. de condic. inde. l. ſi nō ſortē. §. ſi tibi centum [ſubmouet] ipſo iure: ſi ex cā bonefidei ſibi debet ope excepti. ſi ex ꝯtu ſtricti iuris ſibi debet. vt inſti. de acti. §. in bonefidei. hodie ipſo iure ex quo compenſatio eſt obiecta ab hoīe: ⁊ debitum eſt liquidum. vt. C. eo. l. vlti. ⁊ dicemꝰ. ff. eo. l. verū eſt [repetere] ſcꝫ ⁊ ideo debemus poſſe cōpenſare ꝓpter laborē ⁊ expēſas que fiunt in iudicijs: ⁊ ꝓpter tpꝰ qd dat iudicatis. vt. ff. de iudi. l. qd debitori. ⁊ hoc eſt verū in illis caſibꝰ in qbꝰ nō eſt locꝰ cōpēſatiōi ipſo iure: alˀs eſt locꝰ repetitiōi. vt. ff. eo. l. ſi ambo. §. j.
☞ Compenſare poteſt fideiuſſor id quod debetur reo principali ⁊ ſibi.

Verum eſt. † In .l. iſta cū ſe. tractat de eadē materia de qua habuiſtis. ff. e. l. j. ⁊ .ij. ⁊ .iij. ⁊ in .l. iſta dr̄. tu debebas titio .c. ⁊ erā fideiuſſor apud titiū ꝓ te: titius agit ꝯ me ad .c. volo obiicere cōpenſationē: qꝛ in alia pte dꝫ mihi vel tibi .c. nunquid poſſum: ⁊ placebat neratio ⁊ pōponio ꝙ ſic. vñ eſt verū qd placebat eis. nā ſicut ſi titius peteret a te .c. cū ipſe ⁊ alia deberet tibi .c. ſi obiiceret tibi cōpenſationem ipſo iure deſinis ei debere: ita ſi petit a me: vñ ſi titius cōuenit me poſſum ei obiicere compenſationē de eo qd dꝫ tibi: vel de eo qd dꝫ mihi: ⁊ poſſum eligere an velim cōpenſare qd debet mihi. Sed poſſum obiicere cōpenſationē de eo qd tibi ⁊ mihi debet. h. d. iſta .l. cū .l. ſe. videatis expoſitionē litere [fideiuſſorē] ſub. acceptum poſtꝗ reus potuit compenſare [peto] qꝛ excep. repellor. vt. ff. qñ dies vſufru. leg. ced. l. j. in fi. ⁊ ſic ptꝫ ꝙ ipſo iure nō ſit cōpenſatio vt ſtatim dicā. niſi opponat ab hoīe [qd ipſi] ſcꝫ fideiuſſori [audiendus ex] fideiuſſor. ¶ Or ſignori habetis hic ꝙ fideiuſſor debitum ſuum ⁊ rei cōpenſat: ſic ⁊ pater debitū filij ⁊ ſuū cōpenſat: ⁊ ecōtra. ⁊ dñs debitū ſerui. vt. ff. eo. l. ſi cū filio. Itē ꝓcurator in rem ſuā in tribꝰ caſibꝰ. vt. ff. eo. l. in rē. Itē ſocius eiuſdē rei debendi vt. ff. de duo. reis. l. ſi duo. alias alienū debitū nemo cōpēſat. vt C. e. l. eiꝰ. ⁊. ff. eo. l. in rē. §. vlti. ¶ Or ſignori ex iſtis duabꝰ legibꝰ voluerūt colligere antiq ſi debeo tibi .c. ⁊ ex alia cā debes mihi .c. ſi petis a me .c. ipſo iure repelleris etiā ſi compenſationem nō obiiciā. ⁊ hoc dicebāt antiq arg. iſtarū duarū legū. ⁊ arg. eiꝰ qd legit inſti. de actio. §. in bonefidei. ⁊ .C. eo. l. vlti. in princi. ⁊. ff. de cōdic. inde. l. q inuicē. ſed verius eſt vt dicatis ſicut dixerūt dñs Io. ⁊ Azo. ꝙ ſi debeo tibi .c. ⁊ ex alia parte debes mihi .c. ꝙ nō ſit locus cōpenſationi ipſo iure niſi obiiciatur ab hoīe: qꝛ ſi non obiicis cōpenſationē iudex cōdēnabit te in .c. vt. ff. eo. l. qd in die. §. j. ⁊. ff. de ne. ge. l. ſi autē. §. ſi quocūqꝫ. ⁊ .C. eo. l. pe. ⁊ ad hoc eſt etiā arg. ff. eo. l. qd labeo ait. nā ſi ipſo iure fieret cōpenſatio non eſſet in hoīs ptāte: qd ibi dicit. in caſibꝰ tñ eſt ſpāle ꝙ ipſo iure ſit locꝰ cōpenſationi. Primꝰ eſt in dolo hincinde cōmiſſo. vt. ff.

de dolo.l.ſi duo.Scda eſt in negligētia hincinde cōmiſſa.vt.ſ.eo.l.ſi ambo. Tertius caſus eſt in vſuris:nā ipſo iure impediť curſus vſurarū.vt.ſ.eo.l.ſi ambo.in fi.ꝛ.l.ſeq.ꝛ eſt ibi rō: q2 vſure debenť ex mora:ſed nō eſt in mora q hꝫ excep.vt.ſ.ſi cer.pe.l.lecta eſt. Non obſt.qđ dicūt.ſ ꝯtra.q2 qđ hic dicit ꝙ locus eſt compenſationi ipſo iure eſt intelligendum poſtq̄ eſt oppoſita compenſatio ab homine:non aliās.vt.C.eo.l.vlti. Odof.

1 ☞ Compenſatio poteſt obijci de debito in diem: licet ante diem peti non poſſit.

1 **Quod in diem debetur.** †In prin. huius.l.dicitur.tu debes mihi.x.pure.vel in diem debuiſti.ſi dies venit ex alia cā debeo tibi.x.in diē:ſi dies nō venit peto a te.x.ꝙ tu debes mihi pure:vel cuius dies iam venit .tu obijcis cōpenſationes de.x.que tibi debeo in diē: ꝫ dies nōdū venerit nunqd potes.rñdetur ꝙ non.h.d.prin. huius.l.videatis expoſitionē litere[oporteat]q2 ceſſit dies ꝛ nō venit. vnde no.ꝫ qui dꝫ in diē inveritate debeat:tñ non pōt agi ante diem. vt.ſ.qñ dies leg.ced.l.vnica.tñ ante diem non poterit cōpenſare.qđ eſt intelligendū de eo qđ debeť tibi in diē adiecto ab homine:ſecus ſi dies eſt appoſita.verbi gratia:fuiſti mihi cōdemnatus in.c.habes tpꝰ qđ dať iudicatis a lege: illud tpꝰ eſt elapſum:poſtea conuenis me in.c.condemnoꝛ tibi in.c.tu vis obijcere compenſationem de eo quod ſum tibi condemnatus: potes:certe ſic:ꝛ ſic ſoluitur contra.ar.ſ.e.l.ſi cū militi.ſ.interdicit.

1 ☞ Sententia lata ſuper principali non preiudicat in incidēti quod poteſt per ſe ſtare. Item ei qui ſuccumbit in exceptione opponitur exceptio rei iudicate ſi illud idem in modum actionis intentat.hoc dicit.

Si rationem cōpenſationis.

1 †In.ſ.iſto diciť.ſi petebā a te.c.ꝛ tu opponebas mihi cōpenſationē de.l.que tibi debebā:ꝛ iudex nō habuit rōnem cōpēſationis:non tñ reprobauit cōpenſationē:ꝛ condemnauit te in.c.ſi poſtea tu petis a me.l.nō obſtabit tibi excep.rei iudi.ſed ſi dū peterē a te.c.ꝛ tu obijciebas cōpenſationē de.l. iudex condemnauit te in.c.ꝛ reprobauit cōpenſationem de.l.ſi poſtea petis a me.l.obſtabit tibi excep.rei iudi.h.d. iſte.ſ. videatis expoſitionem litere[obijci pōt]q2 ſup hoc nō fuit cognitū nec iudicatū.[excep.]vt.ſ.de nego. geſt.l. ſi autem.ſ.ſi non quoquo modo.

Etiam quod naturaliter.

Signori.l.iſta breuiter leuis eſt q̄tū ad tex.ꝛ circa.l.iſtā quaſi nihil eſt ſcriptū:tñ materia iſtius.l.eſt longa ꝛ ſubtilis ꝛ vtilis valde.ꝛ in.l.iſta dř.peto a te.c.q̄ debes mihi naturaliter ꝛ ciuiliter tu obijcis compēſationē de.c.q̄ debeo tibi naturalr tm̄:nunqd eſt admittēda cōpēſatio.rñdeť ꝙ ſic.nā non ſolū qđ naturalr ꝛ ciuiliter debeť pōt cōpenſari:imo quod naturalr tm̄ debeť venit in cōpēſationē.h d.iſta.l.videatis expoſitionē litere.ſꝫ vbi eſt exēplū in terminis ponatis ita exēplū tu debebas mihi naturaliter ꝛ ciuiliter.c.ex cā emptionis:quia emiſti a me rē pro.c.debeo tibi naturalr tm̄.c.ſi ego eram pupillus pxim⁹ pubertati carēs tutore pmiſi tibi.c.nam teneoꝛ tibi naturaliter.vt.ſ.de noua.l.j.in fi. Uel poteſtis ponere ita exemplū:ego maioꝛ.xxv.ann. nudo pacto cōueni tibi dare.c. teneoꝛ tibi naturaliter tm̄.vt.C.de pact.l.j vel pone ꝙ a me herede tibi in minus ſolenni volūtate aliqd legatum eſt locus eſt.l.falcidie.vt.C.de teſta.l.nō dubiū.ꝛ.C.de fideicō.l.ij.ꝛ.C.ad.l.falci.l.erroꝛ facti. Sed q̄ eſt rō ꝙ debitū naturaliter tm̄ pōt compenſari vt hic diciť:ſed nō pōt peti cū ſit inefficax.vt.ſ.de act.ꝛ oblig.l.naturales.rñ.q2 multa cōſequimur per retentionē q̄ nō cōſequimur p act.vt.ſ.de condi.inde.l.ſi in area.ꝛ.ſ.de doli exce.l.paulus. Itē qđ in petēdo debitū naturale ſum actoꝛ: in obijciēdo cōpenſationē ſum reus.ꝛ fauoꝛabilioꝛes ꝛc.vt.ſ.de act.ꝛ oblig.l.arrian⁹.ꝛ.ſ.de reg.iur.l.fauoꝛabilioꝛes.ſed debitum ciuiliter tm̄ non pōt cōpenſari.verbi gratia.debeo tibi.c.naturaliter ꝛ ciuiliter.facis mihi pactum de non petēdo:tolliť naturalis ꝛ eliditur ciuilis.vt.ſ.de condi.inde.l.qui excep.in fi.certe ſi tu ex alia cā debes mihi.c.naturaliter ꝛ ciuiliter: ꝛ a te peto:tu non potes mihi obijcere compenſationē de.c.q̄ debeo tibi ciuiliter: q2 debitū naturale eſt efficax.vnde pōt cōſtitui: ciuile nō.vt.ſ.de cōſti pe.l.j.ſ.debitū. Sed hic q̄ro ſi obijciť minoꝛi cōpenſatio de eo q dꝫ naturaliter tm̄:poterit ne petere reſtōnē ne obijciať ſibi cōpenſatio de eo qđ dꝫ naturaliter tm̄ dicim⁹ ꝙ ſic.nā ſi minoꝛ ſoluit debitū naturalr tm̄ per iuris igno.repetit cōdic.inde.ſed maioꝛ iure cōi nō repetet.vt.C.de iur.ꝛ fac.igno.l.cū q̄s. ergo ſi obijciať minoꝛi cōpenſatio de eo qđ dꝫ naturaliter tm̄ reſtituet ne obijciať ſibi.vt.ſ.de neg geſt.l.iij.ſ. pupillus.ꝛ ſic dꝫ intelligi.ſ.de mino.l.aliud.ꝛ.ſ.de cōdi.inde.l.interdum. Ex predictis ergo apparet:aut hincinde debeť naturalr ꝛ ciuiliter nulla excep.obſtāte. quo caſu ſi eſt purū ꝛ liquidū vtrūqꝫ debitū locus eſt cōpenſationi regulariter.vt.C.eod.l.vlti.ſi aūt debeť in diē adiecto ab homine ante diē nō ꝯpenſať.vt.ſ.l.px.in prin.ſi aūt alterius debitū nō eſt liquidū, tunc nō eſt loc⁹ cōpenſatiōi.vt.C.e.l.vlti.ꝛ hoc eſt verū ſi hincinde debeť quātitas.vt.ſ.de cōdic.inde.l.ſi nō ſortē.ſ.ſi tibi.c ſꝫ qd ſi hincinde debeť genus:puta hō in gñe:ſi peto hominē in gñe obijcis cōpenſationē de alio quē tibi debeo in gñe:nunqd eſt loc⁹ ꝯpenſationi.videť ꝙ ſic:q2 vnū genus fungiť vice alteri⁹.vt.ſ.d here.inſti.l.j.ꝛ.ſ.de leg.ij.l.vnū ex familia.ſ.ſꝫ ſi vni.ſed certe nos credim⁹ illos bñ dixiſſe nō per.l.illā.q2 nō eſt ibi cōpenſatio ſꝫ per alias.ſ.de le.ij.l.cū pater.ꝛ.ſ ad treb.l.deducta.ſ.numis.ꝛ.ſ.ſi ꝑs here.pet.l.j.ſ.itē pactū. Probam⁹ hoc ꝛ alia rōne quare in q̄titatibus hincinde debitis eſt loc⁹ cōpenſationi:q2 tantū vꝫ tua q̄ntitas quātū debeo tibi:ſicut illa quā debes mihi idē eſt in frumēto ꝛ oleo ꝛ vino:nā vna q̄titas fungiť vice alterius.vt.ſ.ſi cer.pe.l.ij.ſ.j.idē eſt ſi debes mihi equum in gñe:ꝛ ego debeo tibi equū in gñe. nā tm̄ vꝫ tuus ſicut me⁹ tibi debitus in gñe.vt.ſ.dictū eſt. ſi aūt debeť ex pte ꝯuēti naturalr ꝛ ciuilr:ex parte petētis naturalr tm̄ hic dicim⁹ locū eſſe ꝯpenſatiōi:q2 qđ natura debeť ꝛc.vt hic.ſi aūt đbeť naturalr ab vno ꝛ ciuilr ab altero:tūc nō eſt loc⁹ cōpenſationi:q2 forti⁹ eſt debitū naturale q̄ ciuile.vt dictū eſt.ſi aūt hincinde debeť naturalr ꝛ ciuiliter:ſꝫ indebitū ope excep.hoc non cōpenſatur.vt.ſ.eod.l.quecunqꝫ per exceptionē.vnde incōmenti videatis eam.

Quecūqꝫ per exceptionē.

Sed huic.l.vr ꝯdicere.v t.ſ rē ra.hab.l.pcuratoꝛ in fi. ad ſolutionē cu⁹ ꝯtrarij pōt dici plurib⁹ modis ꝛ vno mō ſic.qdā dixerūt debitū naturalr ꝛ ciuilr: ſꝫ indebitū ope exceptiōis ꝑpetue ꝛ odioſe illō ſolutū nō repetiť.itē nō ꝯpenſať idebitū ope exceptiōis fauorabilis:puta velle.q2 ſolutū pōt repeti.vt.ſ.de cōdic.inde.l.qui exceptio.pōt dici indebitū ope exceptiōis perpetue odioſe vel fauorabilis nō cōpenſatur quare:q2 nihil intereſt:vt.ſ.de reg.iur.l.nihil intereſt. nec obſt.l.pcurato.in fi.q2 ſpāle eſt ibi alia rōne:q2 res iudicata nō tolliť naturalē obligationē.vt.ſ.de cōdi indeb.l.iul.vel ibi cōpenſať naturale debitū tm̄:ſed inſtať ꝛ videtur ꝙ debitū naturale tm̄ nō poſſit ꝯpenſari.verbi grā:debes mihi naturalr ꝛ ciuiliter.c.ego debeo tibi.c. naturaliter ſi ſolueres iſta p facti ignorantiā repeteres.vt.C.de iur.ꝛ fact.igno.l.cū q̄s. igiť ſi tu non ſoluiſti de his q̄ debes naturalr poſſum obijcere cōpēſationē:quomodo eſt hoc:q2 dū ſoluiſti aut eſt ſublata naturalis:aut nō: ſi eſt ſublata:ergo nō obijciť cōpenſatio:ſi nō eſt ſublata:ergo ꝯdicit.inſti.q.mo.tol.ob.in prin. Rñ.ſi debes mihi naturaliter tm̄ ſolutio nō tolliť naturalis ſolutione qđ ex eo apparet: q2 potes repetere:vñ eadē ſolutio ꝛc.vt.ſ.de ſolu.l.q holem.ſi obijciť ſi nō eſt ſublata naturalis ꝛ potes cōdicere:nōne idē eſt econtra poſſum enī obijcere cōpenſationē.certe non:q2 iam eſſet imponere legē verbis ꝛ nō reb⁹.vt.C.cōia de leg.l.ij. in fi. vñ dico ꝙ hic in iſta.l.diciť verū eſt regulr.fallit in caſib⁹. vt in iſto caſu preallega. Item fallit in alio caſu.ſ.de condi inde.l.interdum.ꝛ.ſ.de nego. geſt.l.iij.ſ. pupillus. alias eſſet ridiculum vna ꝙ manu repeteret:ꝛ alia manu obijceretur compenſatio.

1 ☞ Debitum litigioſum poteſt in compenſationem deduci.

1 **In compenſatione.** †In.l.iſta diciť.ſi tu petis a me.c.ꝛ ex alia cā debes mihi.l.ſup quib⁹ erā litē cōteſtatus bñ poſſum tibi obijcere cōpēſationē:nā q2 nō ꝑpterea ꝙ ſuꝫ tecū litē ꝯte.debeo eē deterioꝛis cōditiōis [ne qſqꝫ]obijciēs ꝯpēſationē[denegeť]nā nemo litē ꝯte ꝯſueuit ſuā ꝯditionē facere deterioꝛē.vt.ſ.d re.iu.l.ſi ſolet.ꝛ.l. nemo.

1 ☞ Illud quod peti poterat cum adiectione de peculio deducitur in compenſationem.

1 **Si cum filio.** †In.l.iſta dicitur. ego contraxi ſocietatē cum filio vel ſeruo tuo:conuenis me finita ſocietate actione pro ſocio ex perſona filij tui vel ſerui: nunquid poſſum tibi obijcere compenſationem inſolidum de eo quod debet mihi filius vel ſeruus naturaliter.certe ſic:ſed ſi agerem tecum de peculio tantum tenereris. Sed quid ſi agit filius tuus actione pro ſocio: nunquid poterit filius opponere compenſationem de eo quod debeo tibi patri.certe ſic ſi cauit patrem ratum habiturum.hoc dicit iſte.ſ.videatis expoſitionem litere [ꝛ agat] ſcilicet finita ſocietate.C.pro ſocio.l.quandiu. fallit in ſocietate vectigalium. vt infra pro ſocio.l.actione.ſ. nonnunquam[de peculio] ſcilicet vel de in rem verſo [preſtaretur] vnde nota quo caſu ſi ago contra patrem vel dominum ex contractu filij vel ſerui condemnatur de peculio: eodem caſu ſi agit contra me tenetur inſolidum. vt hic. ꝛ infra rerum amotarum. lege

ꝛ ideo

e ideo. e dixi. ff. ſi cer. pe. l. cum fundū. §. ſeruum tuum. vnde no. ſeruari iur. compenſationis quod non poteſt peti: vt arg. ff. ad exhi. l. ſi merces. §. finitis.

☞ Negligentie ad negligentiam admittitur cōpenſatio. Item debita ex paribus cauſis compenſantur.

Si ambo. †In. l. iſta dr: duo erant ſocii: dicebat vnus ſocius alii: nos emimus talem mercaturam q̄ niſi ſimus ſolliciti perdemus de ea. dicebat alter: licet fecerimus iſtam ſocietatem. tñ propter eam nolo ꝑdere perſonam. dixit alter: nec ego: quilibet fuit negligens alteriuſque negligentia leſa eſt ſocietas in. c. demum diſſoluta eſt ſocietas: nunquid eſt locus compenſatio ni rōne negligētie vtriuſqz [ipſo iure] etiā ſi non ab hoīe opponatur: certe ſic: ſed ſi vnus ex re cōi percepit. x. e alter in. x. fuit negligens: ſilr locus eſt compenſationi ipſo iure. h. d. princ. huius. l. [ipſo iure]. ſ. etiam ſi non opponatᷣ ab homine. ¶ Or ſignori. no. q̄ regulariter non eſt locus compenſationi ipſo iure niſi obiciatᷣ ab homine: vt. C. eo. l. pe. fallit hic. Itē fallit ſi ambo fuerūt in dolo: vt. ff. de dolo. l. ſi duo. e. ff. de ex. do. l. apud celſum. §. marcellus e. ff. ſo. ma. l. viro atqz vxori. Item fallit in pretoriis ſtipulationibꝰ e vſuris futuris: vt in ſi. huius. l. e. l. ſeq.

Si quis igitur. In. §. iſto dr: q̄ vbi eſt locꝰ cōpenſationi ipſo iure ſi ſolui: qr indebitum ſolui potero repetere. h. d. iſte. §. [condicere poterit] vbi eſt locus compenſationi ipſo iure: vt hic. e. ff. de impē. in re. do. fac. l. qd dr. ſi habetis [condicere non poterit]. ſ. vbi non eſt locus compenſationi ipſo iure [quaſi in debito ſoluto] vt. ff. de condi. inde. l. q̄ inuicem. ¶ Or ſignori. hic formo vnā qōnem talem: peto a te c. q̄ debes mihi naturaliter e ciuilr: ſoluiſti dum poſſes mihi compenſare: qr alia. c. debebā naturalr tibi e ciuilr nunqd repetis. hec qō inſolubilis vr. Nam ſi dicatis q̄ ſic probo rōne cui reſiſti nō pōt qd nō poteſ repetere. Nam ſi debes mihi naturalr e ciuilr. c. e ego eodē mō debeo tibi. c. naturalr e ciuilr: ſi ſoluo omiſſa cōpenſatione ſoluo debitū. vñ ſoluendo liberor: vt inſti. q. mo. tol. ob. in ꝑn. ſi liberor. ergo non repeto: qr eadē ſolutio ec. vt. ff. de ſo. l. q̄ hoiem. in ſi. econtra vr q̄ repetam vt hic. e. ff. de ꝯpen. in re. do. fa. l. qd dicitᷣ. ſed in qōne iſta vos dicatis vtendū fore tali diuiſione: ſi debes mihi. c. naturaliter e ciuilr e ex. ego tibi debeo: ſiqdem extitit caſus in quo locꝰ eſt cōpenſationi ipſo iure: ſi ſoluo omiſſa cōpenſatione repeto vt hic. cū ſuis ſilibꝰ. ſi aūt extitit caſus in quo nō eſt locus compenſationi ipſo iure ſi ſoluo non repeto: vt. ff. de condi. inde. l. qui inuicem. e. C. eo. l. pe.

☞ Compenſatur debitum ex delicto.

Quoties. †In. §. iſto dr: conuenior a te act. furti: ſi debes mihi tñdē ex alia cauſa poteroq tibi obiicere cōpenſationem. e idē eſt ſi cōuenior a te ꝯdict. furt. ad x. e alia cā debes mihi. x. nāz potero cōpenſare: ſed e ſi debeo tibi. x. nogali ac. ꝑ dāno tibi dato a ſeruo meo e ex alia cā debes mihi. x. potero tibi obiicere cōpenſationē. h. d. iſte. §. videatis expoſitionem lre [furtiua] ex hoc colligūt qdam q̄ ꝯdi. fur. eſt ex maleficio qd nō eſt verū: vt no. ff. de ꝯdi. fur. l. ſi ꝑ fure. in ſi. e ſi eſt verū cum ꝯdicitᷣ q̄titas: alr nō eſſet locꝰ cōpēſationi: vt no. ff. eo. l. qd in diem [locū hz]. i. locū habere poteſt. e ita no. quod cuilibet actioni obiicitᷣ compenſatio. fallit in caſu. C. eo. l. vlt.

In ſtipulationibus. In. §. iſto dicitᷣ: ſicut in actionibꝰ deſcendētibus ex ꝯtu, vel qſi ex delicto vel quaſi eſt locus cōpenſationi ita in ꝑtoriis ſtipulationibus locus eſt compenſationi: ſed ſi debeo tibi. c. ſub vſuris: e tu mihi. c. locꝰ eſt cōpenſationi q̄tuz ad futuras vſuras ipſo iure vſqz ad concurrētes quantitates. h. d. iſte. §. cum. l. ſeq. videatis expoſitionem lre [in pretoriis] vt eſt cautio damni infecti. e no. ita exemplum: domus tua minabatur ruinam in domum meam: petii a te quod caueres mihi de damno infecto: quia noluiſti cauere mihi. miſſus fui in poſſeſſionem: tu petis quod caueam tibi de damno infecto pro domo tua que fuit tua que minatur ruinaz in aliam domos tuas potero tibi dicere quod tu non cauiſti de damno infecto mihi et doloſe hoc feciſti obiicio tibi compenſationem: ſed et ſi cauiſſes mihi de damno infecto: e e damnum paſſus ſum: ſi conueniam te ex ſtipulatione e ego deberem tibi ex alia cauſa: vel ex alia ſtipulatione locus eſt compenſationi. e ad hoc fact. ſ. q̄ in precariis ſtipulationibus ſit locus compenſationi. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. ſi quis e. l. damni. §. is qui.

Idem iuris eſt. Supra dictum eſt: quod locus eſt compenſationi in futuris vſuris: illud non ſolum verum eſt in priuatis perſonis: imo idem eſt inter priuatum et fiſcum ſi debitum inuicem eſt vſurarium [locum habet] ſ. vſqz ad concurrentes quantitates vt. ff. l. proxi.

☞ Cauſa vna non poteſt operari circa diuerſos effectus.

Quod labeo ait. †In. l. iſta dr: ſi petis a me. c. ex tribus variis cauſis. e tu debes mihi. c. ex vna cā. e obieci tibi cōpenſationez vni cauſe: e nō oībus ex q̄ agebas compenſatio officit illi cauſe e non aliis: hoc ait labeo et bene. h. d. iſta. l. videatis expoſitionem lre [non obiicitᷣ] qr qd in vno permittitᷣ in ceteris vetatᷣ: vt. ff. de iudi. l. cum pretor.

☞ Debitum certo loco poteſt vbique compenſari habita ratione intereſſe propter locum.

Pecuniam. †In. l. iſta dr: peto a te. c. que ſum ſtipulatus a te mihi dari certo loco: tu obiicis cōpenſationē de. c. q̄ debeo tibi ex alia parte: nunqd habebitᷣ ratio q̄ti intereſt mea potius agi loco ꝯuento q̄ vbi agitur: rñdetur q̄ ſic. [pecuniā] pone. c. [is]. i. titius [pecuniaz] pone alia. c. [dari] e ita no. in. l. iſta quod habetᷣ ratio actoris ſi ſua intereſt. e ad iſtud accedit ff. de eo qd cer. lo. da. opor. l. ii. §. nunc de officio.

☞ Non poteſt compenſatio vni heredum opponi de eo qd ad alterum peruenit.

Si cum militi. †In. l. iſta dr miles habebat duos hrdes creditor militis agit cū herede bo. caſtrē. heres bo. caſtrē. vult obiicere compenſationē de eo qd debebatᷣ militi ex bonis paganicis: nunqd poterit. rñdetᷣ q̄ nō. h. d. ꝑn. huius. l. [extiterit] nā miles pōt habere duos heredes: vnuz in caſtrēſibꝰ: aliū in paganicis: vt. ff. de mil. te. l. i. [nō audietᷣ] vnde no. h q̄ nō cōpenſatᷣ alteriꝰ debitū: e ad iſtd accedit. C. e. l. eius.

☞ Dies qui miſerationis cauſa adiicitur ſolutioni: compenſationem non impedit.

Cum intra diem. †In. §. iſto dr: ſi tu petebas a me. x. e fui ꝯdēnatꝰ e nō appellaui in ꝑceſſu tpis petii a te alia. x. e fuiſti cōdēnatꝰ e nō appellaſti: ſz ea infra tpa que dantᷣ ꝯdēnatis: cōuenis me actio. iudicati ad. x. qr elapſa ſunt tpa que dantᷣ ꝯdēnatis: volo tibi obiicere compenſationem de. x. in qbus es mihi ꝯdēnatus ſed non ſunt elapſa tpa que dantᷣ ꝯdēnatis: nūquid potero: reſpondetᷣ q̄ ſic [diem] olim duorū menſium: hodie quatuor: vt C. de vſur. rei iudi. l. vlti. [nō veniſſe] qd eſt cum dies adiicitur ab homine: quo caſu ante diē non poteſt compenſari: vt. ff. e. l. qd in diem [ſolutionis] ſicut eſt tps quod datᷣ iudicatis a lege quo caſu añ diē cōpenſatᷣ: qd debetᷣ vt hic. e. ff. de re iudi. l. intra dies. e. C. e. l. ex cā ſiſis rō reddiᷣ. ff. de vſur. pub. l. i. in principio.

☞ Pena delicti commiſſi in annona ex cauſa annone poteſt compenſari.

Ideo condemnatur. †In. l. iſta dicitᷣ qdam fuit ꝯdēnatus. ideo qr tempore cariſtie tenebat caram annonam: fiſcus dz ei. c. petit illa. c. a procuratore fiſci: modo ꝑcu. fiſci cōuenit eū ad. c. ſ. quibus fuit condemnatus: nunqd poterit compenſare fiſco. c. que ſibi dz: rñdetur q̄ ſic: qr non videtᷣ condemnatus tanq̄ debitor reipub. frumentarie pecunie. nam ille nō opponit compenſationi. hoc dicit iſta. l. videatis expoſitionem lre [edulitatis tempore]. i. cariſtie: e ita loquitur hyperbolice iuriſcon. qr vocat edulitatem cariſtiam. vel vocat edulitatem: ſicut dicunt ruſtici: qr bis tantum comedūt homines tempore cariſtie q̄ fertilitatis: ſed certe licz ita ruſticis videatur tamē non eſt ita: qr minus comedunt e timent ne deficiat ſibi panis. [habebit]. i. opponet: e ponatis ita exemplum. reſpublica dedit titio. c. libras vt deberet emere frumentum et portare ad exercitum: iſte titius retinuit ſibi pecuniam. titius ideo fuit condemnatus: iſte non poterit fiſco obiicere compenſationem vt hic: e ſic intelligitᷣ. ff. eo. l. ob negocium. Sed ponamus q̄ titius non eſt cōdēnatus. ideo q̄ pecuniam retinuit: ſed ꝯdēnatus eſt ob talem cauſam: ſtatuit reſpublica q̄ nullus venderet vltra. xx. ſolidos corbem annone. iſte tenebat annonā carā: tempore cariſtie dicebat ſi vis dare. xxii. ſolidos de corbe dabo tibi: de hoc ipſe fuit delatus e cōdēnatus ſi conueniatᷣ ideo a fiſco: bene poterit obiicere compenſationem ſi fiſcus tantūdem debet ſibi vt hic: qr maius delictum eſt in te vertere pecuniam fiſci q̄ arrare annonam.

☞ Debito ceſſo poteſt quis obiicere compenſationem. ſecus ſi non ſit ceſſum: licet alius creditor velit.

In rem ſuam. †In. l. iſta dr: ſi ceſſi tibi actiones meas in. c. ſi tu poſtea conueniaris ab illo cōtra quem ceſſi tibi actiones meas poteris ſibi obiicere compenſationem poſt lit. conteſta. h. d. prin. huius. l. videatis expoſitionem litere [poſt lit. conte.] idem dr ante litē ꝯteſt. ſi debitori denun-

ciaſſet ne creditori ſuo ſolueret vel ſi debitor partem debiti ſoluiſſet: vt. C. de noua. l. iiij. [vetitur] quia intereſt noſtra ⁊c. vt. ff. eodem. l. ideoq₃.

Creditori. In. §. iſto dr: ſi ego peto a te. c. ⁊ tu vis compẽſare. c. que nõ debeo tibi ſ₃ alii: nõ l₃ tibi compenſare: licet hoc placeat creditori meo cui. c. debeo h. d. iſte. §. videatis expoſitionem litere [d₃.] concor. ff. eo. l. ſi cũ militi. in prin. ⁊ C. eo. l. eius.

DEbitor. In. l. iſta dr: eram debitor reipub. in. c. illa. c. ſolui ſeruo publico ſine voluntate adminiſtratoris reipublice: nunqd remaneo reipublice obligatus. certe ſic: ſed ſi adminiſtrator reipublice conueniat me potero ei obiicere compenſationẽ: quatenus d₃ mihi ex peculio ſerui h. d. iſta. l. videatis expoſitionem lr̃e [manebit] in ſuo ſtatu [ſed dabitur ei compenſatio]. ſ. vſq₃ ad concurrentes q̃titates [hẽbit] vt. ff. e. l. ſi cum filio.

* ¶ Nota q̃ de. aduerte q̃ dictio ff. ſi augetur de qua dictũ eſt in. l. ſi ſeruus. §. ſtichũ. de leg. j.

☞ Debitum ex cauſa victuali non compenſatur.

OB negocium. †In. l. iſta dr: imperator dũ eſſet i exercitu cum militia habebat cariſtiã: dixit quidam ibo vbi ſunt victualia ⁊ portabo multũ: iſte accepta pecunia a republica non emit ſed fugit. vnde fuit cõdẽnatus ad pecuniam reſtituendã ⁊ ad duplũ. conuenitur modo a procuratore reipub. dicit ipſe. reſpublica d₃ mihi tradere ex alia cã: poterit ne hoc facere? Rñ. q̃ non: q₂ hoc caſu non eſt locus compenſationi. hoc. d. iſta. l. videatis expoſitionem litere [ob negocium copiarum:] cum ille qui preeſt exercitui: mandat alicui, vt omnium victualium copiam exercitui preſtet, quod ſi non facit cõuenitur mandati. [qñ ea]. ſ. pecunia [non compenſatur] vnde no. l₃ regulariter compenſationi ſit locus: vt. ff. eo. l. j. ⁊. ij. fallit tamẽ ratione odij. Item fallit in actione depoſiti ratione odij: vt. C. eod. l. vlti. ⁊ inſti. de ac. §. item in bonefidei. Item fallit ratione incertitudinis vt ſi alterius debitum non eſt clarum vt. C. eo. l. vlti. §. pe.

POſtea quã placuit. In. l. iſta dr: ex vna cauſa debebã tibi. x. tu ex alia debebas mihi. x. vtrunq₃ debitũ purũ ⁊ liquidũ erat tu ↄueniſti me: ⁊ obieci tibi compẽſationem: ⁊ ita deſini eſſe tu⁹ debitor: ſed ſi tu dũ abſens eſſem ↄueniſti ꝓcuratorem meum: ꝓcurator meus obiecit tibi compẽſationem: tu petis ab eo q̃ ſatiſdet de rato dicit procurator non ſatiſdo: nunqd teneẽ cauere. Rñdetur qꝺ non: q₂ ſi dñs obiecit compenſationem ipſo iure nõ debeẽ. h. d. iſta. l. videatis expoſitionem lr̃e [inter oẽs]. ſ. ↄhentes [compenſari]. ſ. ſi oppoſita fuit compẽſatio ab hoĩe: vt. C. eo. l. vlt. ⁊. ff. e. l. verum [petiẽ]. ſ. qñ compenſationem obiectam a dño pſequiẽ: vel locus eſt compenſationi ipſo iure: alĩs ſecus vt. ff. eo. l. ſi cum filio.

SI debeas decem. In. l. iſta dicit: ſi debes. x. aut hominem: quem eligam poſtquam elegi poteris obiicere compenſationem. h. d. iſta. l. videatis expoſitionem lr̃e [vtrum aduerſarius]. i. ſtipulator [vtrum voluiſſet]. i. elegiſſet. vnde compenſabis ſi quantitatem elegit: ſed qꝺ ſi hominem elegit in genere: ſi alium debes ei in genere obiicies compenſationem: non alias. ⁊ facit. ff. eo. l. etiam quod natura debetur. notaui.

ID quod pupillorum. In. l. iſta dr: ſi tutor petit id quod debetur pupillo: non poteſt obiici tutori compenſatio de eo quod debetur ſuo nomine: ſed de eo quod debetur nomine pupilli ſic. h. d.

IUſſit imperator. In. l. iſta dicitur: ſi fiſcus petit a me centum. ⁊ obiicio ei compenſationem: certe imperator dicit me eſſe audiẽdum ſi fiſcus debet mihi alia centum [deberi] clare: vt. C. eodem. l. vltima. fallit in caſu: vt. ff. eodem. l. ob negotium copiarum.

¶ Depoſiti vel contra — Rubrica.

¶ De actione cõmodati que contrahiẽ re: ⁊ de actione pignoraticia in ſuperioribus dictuꝫ eſt: verum q₂ depoſitum re ↄhiẽ: vt inſti. qui mo. re contra. ob. §. in cui. poniẽ rubrica depoſiti vel cõtra. Poteſt ſcdo modo continuari: de ↄctibus qui cõtrahuntur gratia vtriuſq₃ vel gratia alterius tm̃ in ſuperioribus dictũ eſt: verum q₂ aliqñ ↄctus contrahiẽ gr̃a alterius tm̃ poniẽ hec rubrica. vnde de actione depoſiti vel contra. i. contraria videamus ⁊ ſubiiciamus: ⁊ directa datur deponenti: vt. j. eo. l. el qui. ⁊ datur in ſimplum: vt. j. e. l. j. ⁊. §. pretor. ⁊ vtraq₃ eſt bonefidei: vt inſti. de actio. §. actionum.

☞ Qui rem deponit: abdicat a ſe.

DEpoſitum eſt quod cuſtodes. Iuriſcõ. tractaturus de depoſito ponit in prĩn. huius. l. qd dicaẽ depoſitũ. † ⁊ certe depoſitũ eſt qꝺ tradiẽ alicui cã cuſtodie. ⁊ not. q̃ de a auget depoſitũ: q₂ aliud eſt ponere aliud deponere. nam deponere eſt pertinere ad cuſtodiã rei depoſite apud quem deponitur. h. d. iſta. l. in ſui princip. videatis expoſitionem litere [alicui datum eſt]. ¶ Or ſignori vt intelligatis vnũ magiſtrale ad qꝺ inducimus. l. iſtã nam tota die dicimus talia ſunt predicata ⁊c. vt. ff. depoſ. l. j. veniet rudis: ⁊ nõ extrahet hic de lr̃a: imo dicit lr̃a depoſitũ eſt ⁊c. ſi do tibi rẽ cuſtodiendã depoſitũ eſt. ergo fit accipientis. vnde quõ dicit l. rei depoſite ꝓprietas ⁊ poſſeſſio penes deponentẽ manet: vt. j. eo. l. ſ₃. §. rei. Rñdeo videatis predicatũ ⁊ ſubiectũ. depoſitum eſt q̃ cauſa cuſtodie: iſtud eſt predicatum: ſubiectum eſt alicui datum. i. traditum. ſic exponitur alibi C. de iure do. l. j. [datũ] i. traditũ. ſic exponiẽ. ⁊ qꝺ talia ſint predicata ⁊c. accedit. j. de penu lega. l. nam qꝺ pertinet. q. d. aliud eſt deponere: aliud ponere. deponere eſt cum cuſtodia: ponere ſine cuſtodia.

☞ Actio depoſiti datur in ſimplum niſi factum fuerit cauſa incendij: ruine: vel naufragij: q₂ tunc in duplum cõtra depoſitarii ⁊ etiã heredem eius ex dolo defuncti in ſimplum.

1 **Generaliter.** In ſ. §. iſto dicitur duo. primo dr: ſi fideiuſſor poterat opponere aliquam exceptionem ex perſona ſua que competebat debitori ſi erat inhoneſta ꝛ non oppoſuit eam: nihilominus habet mādati act. ſecūdo dicitur: ſi omiſit exceptionem qua poterat vti ex perſona rei: ſi ex certa ſciētia omiſit eam nō recuperat actione mandati quod ſoluit: qđ autem ſi per ignorantiā omiſit ei tunc recuperat quod ſoluit actione mandati. ꝛ imputatur reo cur non denūciauit fideiuſſor talem exceptionem ſibi competere. h. d. iſte. §. videatis expoſitioneꝫ litere. [ſi quidam minus honeſtam.] ſub. maxime ſecundū quoſdam. vt. ſ. l. ſi fideiuſſor. §. vlt. ſed vbi eſt exemplum qđ cōpetat exceptio fideiuſſori ex perſona ſua: Reſpondeo duo ſunt exempla vnū curiale: aliud minus curiale. curiale fideiuſſiſti pro me apud creditorē meuꝫ tu eras perſona in dignitate cōſtituta: creditor fecit tibi pactū de non petēdo ſi foderes ei vineam: poſtea cōuentus ab eo nō oppoſuiſti exceptionem ſed ſoluiſti: nihilominus recuperabis acti. mandati quod ſoluiſti. Exemplum nō curiale eſt: tu fideiuſſiſti pro me apud creditorem in. c. ꝛ es perſona in dignitate conſtituta: feci tibi pactum de nō petendo ſi purgares ei cloacam ſuā: creditor poſtea petiit a te. c. ſoluiſti omiſſa excep. nihilominus recuperabis act. mandati. quia iſtud pactum nō prodeſt tibi debitori. vt. ff. de pac. l. fideiuſſoris. ¶ Sed opponitur et videtur ꝙ nō recuperaret. vnde videtur contra. ff. ad velle. l. pe. ad quod quidam dixerit hic fideiuſſor omiſit exceptionē per ignorantiam: ibi ſciens: ſed potius videtur dicendū econtra. Uel dicatis ſi fideiuſſori competit honeſta excep. ex perſona ſua: vt puta mulier fideiuſſit ꝓ me: poteſt opponere excep. velle. ſi mulier ſoluit ꝛ omiſit iſtā excep. nihilominus recuperat a me: ſed cauet mihi de indēnitate preſtāda aduerſus debitorem. vt in. l. cōtra. Si autē fideiuſſori competit inhoneſta exceptio vt in exēplo hic poſito: ſi conuentus omittit hāc exceptionem: ꝛ ſoluit repetit a me act. mādati: vt hic dicitur. [ꝙ ſit] incipit ſecundum dictum. [nō habiturū.] ſed vbi eſt exemplum creditor fecit mihi pactum de non petendo: iſtud pactū ſicut prodeſt mihi ita ꝛ fideiuſſori meo. vt. ff. de pac. l. ꝛ heredi. hic ſi fideiuſſor ſciens iſtam exceptionem ſibi competere, omiſit eaꝫ non habet act. mandati contra me ſi ſoluit: ꝛ de hoc plene dicam. ſ. eo. l. ſi fideiuſſor.

1 ☞ Acceptilatio facta cauſa remunerādi fideiuſſori tribuit actionem mandati ſecus ſi ſimpliciter cauſa donandi. h. d.

1 **Si fideiuſſori.** † In. §. iſto cū duab9 legib9 ſeq. vſqꝫ ad. §. contrario. tractat de eadem materia: ꝛ dicitur hic fideiuſſi pro te apud titium creditorem in. c. titius creditor me liberauit per acceptilationē cauſa remunerationis: nunquid illa. c. potero recuperare a te ac ſi ſoluiſſem. reſpōdetur qđ ſic. multo magis ſi creditor donando mihi cauſa mortis liberauit me per acceptilationeꝫ: vel ſi legauit mihi liberationē. ſed ꝛ ſi exiſto creditori heres habebo māda. act. Si autem liberauit me creditor per acceptilationē volens mihi donare nō cauſa remunerandi me nō habeo actio. mandati. Sed quid erit quidam extraneus donatur9 mihi. ſ. c. ſoluit creditori tuo apud quem fideiuſſerā pro te: nūquid recuperabo mandati contraria a te ac ſi ſoluiſſem. reſpōdetur ꝙ ſic. Sed quid erit filius vel ſeruus meus fideiuſſit pro te: ꝛ quidam alius volēs filio vel ſeruo meo donare ſoluit: nūquid ego pater vel dominus ago mandati: certe non. qꝛ non mihi patri vel domino donare voluit. ſed ſi filiu9 vel ſeruus ſoluit ago act. mandati. Sed quid erit filiusfa. fideiuſſit pro te ſine iuſſu meo: nunquid ceſſat mādati act. certe ſic: ſi nihil eſt in peculio: ſed ſi iuſſu mei patris: vel ſi ex peculio ſoluet potero agere mādati cōtra te. Sed quid erit mandaui filiofamilias vt pro me ſolueret pater vel filius ſoluit ex peculio: nunquid pater habet actionē mandati contra me. reſpondetur ꝙ ſic. Sed quid erit mādaui filiofamilias vt pro me ſolueret emācipatus ſoluit: nūquid datur ei actio mandati. reſpondetur ꝙ non. ſed in factū. ſed ſi pater filio emancipato ſoluit cōtemplatione filij datur actio ei nego. geſt. h. d. iſte. §. cum duabus legibus ſeq. vſqꝫ ad. §. contrario. videatis expoſitionem litere. [acceptum factum ſit.] id eſt ſi creditor liberauit fideiuſſorem per acceptilationem cauſa remunerandi ipſum. [act.] ſcilicet contrariam. quia tantuꝫ videtur ſibi abeſſe ex eo ꝙ iam tantuꝫ ſibi ſeruierat. vnde agit ac ſi ſoluiſſet. vt arg. ff. de peti. here. l. ꝛ ſi lege. §. conſuluit. [legauit] gratia remunerandi. ꝛ facit. ſ. pro ſocio. l. coiri ſocietatem cum duabus legibus ſequentibus. ꝛ ideo dixi multo magis qꝛ donatio que fit cauſa mortis ſemꝑ fit cauſa remunerādi: ꝛ interdum non. vt predicta. l. coiri probatur. ꝛ. ſ. eo. ſi vero. in princi. [extitero] cauſa me remunerādi. vt. ff. l. proxi. [mandati act.] contrariam. quare quia hic ſublata fuit acceſſoria tātum. vt. ſ. de fideiuſ. l. heres a debitore. §. quod ſi idem ſtipulator. ¶ Or ſignori cuſtodiatis vos in. §. iſtis quia poſſetis errare in caſus poſitione iſtorum. ꝛ in prin. l. ſi non. ꝛ ideo quero hic: que eſt ratio dubitationis inter iſtos caſus: vbi fideiubeo pro te ſi ſoluo creditori. c. abſunt mihi. c. merito recupero ac. mā. a te. vt. ff. e. l. §. fideiuſſores. ꝛ. ſ. eo. l. ſi vero. §. contrario. ¶ Or ponamus qđ non ſoluo pro te ſed facio tale ſeruitiū creditori ꝙ naturaliter eſt mihi obligatus ad. c. vnde ipſe liberat me animo remunerādi per acceptilationē vel donauit mortis cauſa: vel legat mihi liberationem: quia videtur mihi abeſſe tantum quātū erat mihi obligatus ad remunerandum: vel quātum erat mihi donaturus cauſa mortis: vel quantū legauit mihi. ſed ꝛ ſi exiſto creditori heres cauſa remunerādi me licet deſinam teneri vt fideiuſſor tamen remanet mihi mandati actio. vt in. §. ſi fideiuſſori. cum. l. ſeq. ſed ſi fideiuſſi pro te in. c. ꝛ creditor volebat mihi eſſe ci amic9 donauit mihi. c. liberat me ab illa obligatiōe nō obeſt mihi aliquid. vnde non habeo act. mādati. vt. ff. de peti. here. l. ſed ꝛ ſi lege. §. conſuluit. quia conſiſtit iſta obligatio in puris et nudis moribus ſed contra. ſ. e. l. inter cauſas. §. abeſſe in ver. in qui. Ad qđ vos dicetis aliud eſt ſi creditor voluit mihi donare: non animo remunerandi ꝛ me liberat: quo caſu nō ago mādati. qꝛ neqꝫ mihi aliqd abeſt: nec creditori aliqd abeſt vt hic. Aliud eſt: ſi quidam tertius volēs mihi donare animo remunerandi ſoluit creditori. quia ego videor ſoluiſſe per eum: quia qui per alium ꝛc. ſ. de admi. tut. l. ita aūt. §. geſſiſſe. Unde ſicut ſi ego ſoluiſſem recuperarē actio mandati: ita hoc caſu ſi alius ſoluit volens mihi remunerare recupero actio. mādati: ita hoc caſu ſi alius ſoluit. vt in. l. contraria. [mandati act.] quia videt ſoluiſſe: ſed contra eum daretur mandati. ꝛ ſic ſoluitur contra. ſ. eo. l. pe. ¶ Sed ad. §. iſtum oppo. ꝛ videtur ꝙ filio non detur act. in factum: ſi eo emancipato ſoluat: imo videtur ei dari vtilis mandati. vt. ſ. de heredi. inſti. l. quidam. in fi. Ad quod vos

dicetis ꝙ act. in factum que eſt hic: ⁊ vtilis mādati que eſt ibi idem eſt. ¶ Sed denuo ad §. iſtum oppo. ⁊ videtur ſi filius eo emancipato ſoluit pro eo pro quo fideiuſſit exiſtente in patria poteſtate ꝙ detur actio patri non filio. vt. ī. de ver. ob. l. filius. ⁊ ī. de reg. iur. l. que legata. Ad qḋ vos dicetis aliud eſt in acti. mandati que datur ad intereſſe. ſ. e. l. ſi procuratorē. §. mandati actio competit: vnde quia videtur intereſſe filij agit mandati vt hic: aliud eſt in ſtipulationibus.

SI vero ⁊c.

Cōtrario iudicio.

ſ. e. l. ſi procuratori. dictū eſt de directa act. mādati de cōtraria dictū eſt. ſ. pxi. hucuſq; nūc etiam iuriſc. intendit tractare de contraria act. mādati. ⁊ in §. iſto dicitur: ſi procurator vel vniuerſoꝝ bonoꝝ vel vnius rei fecit ſumptus vtiles vel neceſſarios contraria mandati act. recuperat a dn̄o. Sed quid erit patronꝰ emit quoddā prediū pro xij. ab initio ſoluit octo: mandauit ꝙ illud predium traderet liberto ſuo: vt ille libertus ſolueret quatuor: libertus ſoluit quatuor: poſtea patronus vendidit illud prediū: ⁊ libertus cōſenſit illi venditioni: nunquid libertus repetit tertiā partē predij. iuriſc. diſtinguit: aut ab initio patronus mandauit liberto ſuo vt ſolueret tertiam partē precij vt ꝓcuratori ſuo quo caſu agit cōtraria act. mādati ad tertiā partē predij quā ſoluit deductis fructibus quos percepit medio tempore: aut ab initio iuſſit libertum ſoluere tertiā partē precij illiꝰ predij volēs patronus ei prediū donare: quo caſu videtur ei donare: ſi poſtea libertꝰ conſentit alienationi hoc caſu ceſſabit contra act. man. h. d. iſte §. videatis expoſitionē litere. [vt puta qui rerum] ſcʒ dominiū. [vel vnius rei.] vt. ſ. de procu. l. j. in prin. [procurationē ſuſceperunt] ſcʒ ⁊ aliqua expendit. ⁊ datur contraria act. vſq; ad ꝓbabilem modum. vt. ſ. e. l. ſi procuratorem. §. idē pomp. ſcribit. [Inde papi.] quod dixit in genere: ponit exemplū in ſpecie. [quod emerat.] ponamus exempli gratia pro. xij. [beſſem] id eſt duas partes. i. octo. [tradi] id eſt dari. ſic exponit. ī. de verbo. ſig. l. verbum reddendi. [reddito pretio] i. ſoluto a liberto quod deeſt mandato patroni. [pretiū] i. tertiā partē pretij. i. quatuor. [mercedibus] i. fructibꝰ. [donaſſe.] vnde no. ꝙ precedentia determinant ſubſequentia. quia ſi preceſſit mandatū videtur conſentire vt procu. ſi donatio videtur redonare. ⁊ ad illud accedit ſcʒ ꝙ precedētia ⁊c. vt. ī. de le. ij. l. ſi ſeruus. in fi. itē no. ꝙ aliquādo preſumitur donatio a iure. nam ſi donat patronus ab initio liberto ſuo: ſi poſtea vendidit: ⁊ libertus cōſentit alienationi videtur ei redonare. qꝛ bene facientibus ⁊c. vt. ī. de ſer. expor. l. ſeruus ea. l. ⁊ quia ad antidora ſum obligatꝰ. vt. ſ. de peti. here. l. ſed ſi lege commiſſo. §. cōſuluit. ſic ⁊ alia ratione pietatis: vel alᷣs preſumitur donatio. vt. ſ. fami. hercī. l. que pater. ⁊ C. fami. hercī. l. filie.

☞ Procurator ad emēdum poteſt repetere pretium quod ſoluit ⁊ ſi aliquid amplius impendit.

Si mihi.

†Sicut ſuperior §. tractat de cōtraria act. mandati: ita iſte ⁊ dꝛ hic: tu mādaſti mihi vt emerē illā rem emi eā de pecunia mea: nunquid habeo ꝯtriā mādati act. ad pretiū recuperandū. reſpōdet ꝙ ſic. Sed ſi emi de pretio tuo habeo cōtrariā act. mādati vt rē recipias. Sed ſi mādaſti vt aliqḋ facerē: ⁊ in illo faciēdo aliquē ſumptū fecero teneris reddere vſq; ad probabilē modū: ⁊ ſi es in mora reddēdi ſumptū teneris ad vſuras ſi accepi ab alio ſub vſuris: ⁊ non ſolū veniūt vſure ex tpe more: imo et ſi a debitore meo exegi q debebat mihi vſuras: vel ſi te grauioribꝰ vſuris releuaui vel etiā nō releuaui. Sʒ ſi ſolui vſuras vel accepi ad grauiores vſuras vt ſoluerē ſicut ꝓmiſerā teneris ꝯtria mā. act. nā totū hoc iudex ex bono ⁊ equo arbitrabit. h. d. iſte §. videatis expoſitionē litere. [emero] ſ. de pecunia mea: vt differat a ſequēti caſu. [habebo] ſcʒ act. ꝯtriā. [ſʒ ſi de tuo ꝑtio] ſcʒ emero. [actio] ſcʒ ad illud qḋ impēdiſti ad illā rem emēdā aduerſus me mādāē. [recipe] ſcʒ tu mādāē. fallit eñ in caſu: qꝛ nō eſt ꝯtria act. mā. vt. ſ. e. l. idē ꝙ. [arbitrabitur.] ⁊ ad iſtud accedit. ī. de vſur. l. in contrariū.

Dedi.

In §. iſto dꝛ: habebā creditorē meū l. x. dedi tibi illa x. vt ſolueres creditori meo: nō ſoluiſti nūqḋ teneris ad x. ⁊ ad vſuras. certe ſic. ſi meo creditori vſuras eraʒ daturꝰ. ⁊ ita imperator reſcripſit. h. d. iſte §. videatis expoſitionē litere. [dedi tibi pecuniā] ponamꝰ x. [vt creditori meo] ſcilicet cui debebam x. [mihi vſuras] q. d. non ſolum teneris mihi ad x. reddēda. ſed etiā vſuras ſi eas preſtiti: ⁊ hoc dicit quo caſu ⁊c. [reſcripſit.] quia tunc intereſt mea ⁊ man. acti. competit ad intereſſe. vt. ſ. e. l. ſi procur. §. mandati.

☞ Qui fideiubet pro minore actionē mandati non habet.

Si adoleſcens.

†In §. ponunt duo caſus in quibꝰ nō hʒ locū ꝯtraria mā. act. ⁊ dicit quidā adoleſcēs luxurioſus habebat meretrices vt habēt multi q nō habēt meretricē: ſʒ amaſiā vocāt: meretrix illa indigebat pecunia ꝓ veſte ⁊ eſca. vñ dixit adulto luxurioſo vt inueniret ſibi pecuniā ꝓ veſte: dixit adoleſcēs non inuenirē aliquē q mutuaret mihi. multo fortiꝰ nō reciperēt me l fideiuſſorē. vñ mādauit amico ſuo maiori. xx. annis vt fideiuberet ꝓ meretrice ille fideiuſſit: ⁊ poſtea ſoluit: nunqḋ recuperabit act. mandati ꝯtria ab adoleſcēte. certe nō. qꝛ rei turpis ſuſcepit mādatū. idē eſt ſi adoleſcēs mādauit amico ſuo vt credat meretrici ſuo periculo: ſi credidit nō habebit act. mā. quaſi ꝯ bonā fidem ⁊ bonos mores factū ſit. h. d. iſte §. videatis expoſitionē litere [crediđiſſet] ſub. iſte qui ita fideiuſſit quo caſu non agit vt diximus. ſ. de mino. l. qḋ ſi. §. reſtitutio. [mādatū ſit.] vñ ſicut mādatū rei turpis nullū eſt. vt. ſ. e. l. ſi remunerādi. §. rei turpis ita mandatum qḋ aduerſus bonam fideʒ factū eſt nullū eſt vt hic. ¶ Or ſignori. §. iſte loquit in adoleſcente luxurioſo. ſed qd dicemus in eo qui eſſet legitime etatis qui mandauit vt fideiubeas pro meretrice vel vt ei tradas: nunquid habet locum act. man. cōtraria. reſpōdet ꝙ ſic. vt. ſ. de in rem ꝟ. l. iij. §. ij. fallit in caſu qñ dat operā ſcorto. ⁊ dꝛ dare operā ſcorto qñ homo deductus eſt ad talē vitā qḋ die noctuq; vult eſſe in taberna ⁊ lupanari: iſte ibi excoriat perſonaliter ⁊ corporaliter cū iſto ꝯtrahi iterdictū eſt: ⁊ ſicut ꝓdigo habet. vt. ī. ꝓ emp. l. ſi qs cū ſciret.

Cū quidā.

In §. iſto dꝛ: mādaui amico meo ꝙ commēdatū haberet talē amicū meū: nūqḋ per hoc videor ei mādare vt mutuo det ei pecuniā. certe nō. ⁊ iō act. mā. nō teneor. vñ no. ꝙ ꝑ ꝟbū cōmēdo nō ꝯhit mādatū licet ꝯhat depoſitū. vt. ſ. depo. l. lucius. ⁊ ī. de ꝟ. ſig. l. cōmēdare. ſed per verbū rogo mādo vel volo ꝯhit mādatū. vt. ſ. e. l. j.

Si quis mādauerit.

In §. iſto dꝛ: mādaui tibi vt mutuares filioſa. pecuniā nō ꝯ mace. ſe. cō. ſʒ ex ea cauſa qua pr̄ de peculio vel de in rē verſo vel qḋ iuſſu teneret: nūqḋ valet tale mādatū. certe ſic. ſed qd ſi filiuſſa. volebat a te mutuo accipere pecuniā: tu aūt dubitabas ꝙ vellet accipe ꝯ mace. vl̄ nō: ego mādaui tibi vt ei mutuares periculo meo ⁊ ꝙ nō accipiebat ꝯ ſe. cō. nūqḋ teneor tibi mā. act. certe ſic. h. d. iſte §. vide expoſitionem lr̄e. [cōtra ſe. cō.] ſcʒ mace. [mādatū] ſ. ⁊ ideo agit mā. cōtraria. [mādati] ſ. ꝯtria. [eū teneri.] qꝛ iſtud mandatū nec ꝯ l. nec cōtra ſe. cō. factū eſt. Si poſt creditā ⁊c. in §. iſto dꝛ: ſi crediſti titio pecuniā: ⁊ poſt ei creditam mādaui vt titio crederes nullū eſt mandatū. qꝛ mandatū habet precedere obligationē. ſed ſi dū velles exigere. x. a debitore tuo mādaui tibi vt periculo meo differres exigere: hoc caſu teneor tibi mandati. idē ſi tutor ꝯtraxit nomē pupilli nomine. ⁊ finita tutela mādauit pupillo vt illud nomē approbet. nā ꝯtrahitur mandatū ⁊ tenet mādati ipſi quōdā pupillo vel curatori ipſius. h. d. iſte §. videatis expoſitionē litere. [papi. ait.] qꝛ mandatū dʒ precedere obligationē vt hic. vñ no. differētiā inter mādatorē: ſpōſorē: fideiuſſorem: interceſſorem: ⁊ conſtitutorē: mandator habet precedere obligationem niſi in caſibus qui ſequitur. vt. ī. e. l. ſi tibi mandauero. §. interdū. Sponſor proprie ſubſequitur obligationeʒ cum tu promittis mihi aliquid ⁊ alius pro te. vt in auſ. de fideiuſ. ⁊ ſpon. §. j. Fideiuſſor eſt ante obligationem ⁊ poſt. vt. ſ. de iudi. l. quemadmodum. Interceſſor eſt poſt obligationem tantum: cum quis alienam obligationē in ſe ſuſcepit animo nouādi. vt in auſ. de fideiuſ. ⁊ māda. Conſtitutor eſt poſt obligationem quia non poteſt fieri conſtitutum niſi pro debito precedēti. vt. ſ. de conſtitu. pe. l. j. §. debitum. ⁊ l. id quod. §. diximus. ⁊ C. eo. l. ij.

Si mandauero.

In §. iſto dicit: mandaui tibi vt. x. mihi debita tu a debitore meo exigeres re integra: mutaui volūtatē: nunquid mihi vel heredi meo dabitur actio mandati: certe nō: qꝛ reuocatum eſt mandatū. Veruntamen ſi exegiſti ⁊ mihi ſoluiſti debitor liberabitur. hoc dicit iſte §. videatis expoſitionē litere. [voluntatē mutauero] ſcilicet quod facere potui re integra. vt. ſ. de ꝓcu. l. ante li. conte. ⁊ ī. de ſolu. l. vero. §. j. [vel heredi meo] ſcilicet ex eo quod ille non exigit.

☞ Mandatum quod refertur poſt mortem nō finit morte Item mandatarius poteſt agere vt ſibi detur pecunia pro executione mandati neceſſaria. h. d.

Idē marcellus.

†In §. iſto cū l. ſeq. ponūtur duo caſus in quibus mādatū non finitur morte mandantis ſed cōtrahitur poſt mortē: ⁊ primus caſus talis eſt: aliquis mandauit tibi vt poſt mortem ſuā ei faceres monumentum: tu mandatum ſuſcepiſti: nūquid dabitur heredi actio mandati: certe ſic: ⁊ tibi mandatario dabit contraria act. mādati contra heredē eius: ſi feciſti de pecunia tua. ſed anteq̄ pōt agere mādati cōtraria ſi teſtator mādauit ꝙ faceret

q̄ faceret pecunia teſtatoris. Secūdus caſus eſt: ſi aliquis mā dauit tibi vt poſt mortē ſuam emeres heredibus eius fundū: q2 ſi emiſti habes contrariam acti. mādati contra heredes. h. d. iſte. §. cum. l. ſeq. [heres eius] mandantis. [agere] ſcilicet vt fiat monumentum. [ſi ſua] ſcilicet mandatarij. [mandati] ſcilicet contra heredem mandantis. [idem eſt] ſcilicet q̄ mādatū poſſit contrahi poſt mortem: ⁊ detur actio mandati contraria [emeres fundum.] ⁊ ſic no. q̄ mandatū non finitur morte. Sʒ contra. inſti. e. §. recte. ⁊ ī. eo. l. inter cauſas. ⁊ l. ſi quis. §. morte. reſpon. qđ dicitur in. l. cōtraria: verum eſt cum mando aliquid fieri me viuo: ſecus ſi mando fieri aliquid poſt mortē meam vt hic. ⁊ ſic pōt itelligi. ī. de ſol. l. v. l. i ſi. ⁊. ī. de le. ij. l. cū pr̄. §. meuia.

☞ Actiones non tranſeunt in emptorem hereditatis niſi que tunc temporis competebant. h. d.

HEredē. †In. l. iſta dr̄: ſi tu fideiuſſiſti ꝓ me ſiue ꝓ me ſoluiſti: ſiue hr̄s tuus tibi vel heredi tuo dabit̄ mandati actio. ſed quid ſi hr̄s tuus vendidit hr̄ditatē tuā: ⁊ emptor ſoluit id pro quo ꝓ me fideiuſſiſti: nunqd heres tuus hʒ mandati acti. certe ſic. q2 tenet̄ actione ex empto venditor emptori preſtare vel cedere: ſed ⁊ ſi fideiuſſiſti pro me ⁊ deceſſiſti relictis duob⁹ heredibus: ⁊ alter coheredum emerit ⁊ ſoluerit creditoribus quod debebat defunctus indubitāter habet acti. ex ſtipulatu vel ex empto contra heredem vt in eo quod habet acti. mandati: illi ſibi cedat. h. d. iſte. §. videatis expoſitionem litere. [dubiū non eſt.] vt. C. e. l. ſi pro ea. [ſed ſi vēdiderit] ſcilicet heres fideiuſſoris. [an habeat] ſcilicet heres qui vēdidit. [vt preſtet] id eſt cedat. [poteſt preſtare.] id eſt cedere. ⁊ ad hoc facit. ff. de pecu. l. quod debetur. [habebit.] nam tenetur venditor emptori ſoluere omne es alienum ſicut econtra. vt. ī. de here. vel act. ven. l. venditor. ī. de leg. iij. l. quiſquis.

SI mādaſſem. In. l. iſta dicitur: mādaui tibi vt emeres mihi fundū ſuſcepiſti mandatū: poſtea mandaui tibi ne emeres: tu ignorans reuocatū mandatū emiſti: nūquid habes cōtra me mādati act. certe ſic: ne damno afficiaris h. d. iſta. l. videatis expoſitionem litere. [mandatum.] ſed ſi tu ſciens reuocatū mandatum emiſſes non habes act. man. vt. ī. de ſolu. l. vero procuratori. in prin. inſti. e. §. item ſi adhuc. ⁊ ad hoc etiam facit. ī. de ma. vin. l. ſi pater. in prin.

SI quis mihi. In. l. iſta dr̄: quidā aurelius quietus dum timeret ne in infirmitatem incideret, mādauit cuidā medico ciui rauennati q̄ deberet ei parare domū ſuā rauenne. ⁊ hortū ſuum: ⁊ deberet querere bona vnguenta: nūquid habet locū act. mādati hoc caſu: videtur q̄ non. q2 ſi mādo tibi vt aliquid facias in tuo videtur q̄ non habeas act. mādati. quaſi iſtud ſit potius conſilium q̄ mandatum. ſed dicēdū eſt q̄ ſi quietus medicus nō erat aliū facturus ⁊ fecit q̄ detur act. mandati contraria contra aurelium h. d. iſta. l. videatis expoſitionem litere. [facerem] propter vtilitatē mandantis. [an ſit mandati act.] ſcilicet ⁊ videtur q̄ non: quaſi ſit potius conſilium q̄ mandatum. vt. ff. e. l. ij. in ſi. [iudicio] ſcilicet contrario. [perſequi.] vnde no. q̄ in re ſua tenet mādatum hoc caſu propter vtilitatem mandantis. ī. e. l. ſi tibi mandauero. §. interdū.

SI mandauero. In. l. iſta dr̄: mādaui tibi q̄ a titio debitore meo. x. q̄ mihi debebat exigeres: tu ſuſcepiſti mādatū anteq̄ exigeres cepi te conuenire acti. mādati poſt litē conte. ante ſententiā exegiſti: nūquid condemnaberis mihi act. mandati. reſpōdetur q̄ ſic. h. d. [conſtat.] ⁊ ita no. q̄ ex. l. iſta colligitur q̄ qui non habet ius agendi tempore litis conte. ſi tempore ſententie inuenitur habere ius agēdi debet obtinere. accedit. ff. de rei ven. l. fructus. ⁊ ff. de rig. act. l. ſi rem. §. viti. ⁊. ff. de pecu. l. queſitum.

QUi patitur. In. l. iſta dicit̄: ſi patior qđ tu mādes titio quod ꝓ me fideiubeat: hic tibi mādare videor vnde teneor tibi act. man. h. d. iſta videatis expoſitionē litere. [mandare intelligitur] ſcilicet mandari vt mandet. vt. ff. e. l. ſi re. §. ſi paſſus non dicatis creditori quia tūc ⁊ mutuo teneretur: et ſic ceſſaret mandati. vt. ff. e. l. idemq3. §. ſi quis titio. vnde no. patiē tiam pro conſenſu haberi. ⁊ ad hoc concor. ī. lo. et condu. l. rez queritur. §. qui impleto. cum ſuis ſimilibus.

☞ Ex facto ſerui non debet cogi dominus ſeruum recipere quem ſeruum voluit dominus in perpetuum alienare. h. d.

SEruus meus. †In. l. iſta ponit̄ caſ⁹ in quo claudicat mādatū: q2 ex mandato dat̄ directa ſed non contraria ⁊ eſt caſus talis. Habebā ſeruū: ſeruus meus mandauit cuidā extraneo vt eū redimeret a dn̄o ⁊ ſolueret nūmos ex eo a te manumiſſo tibi reddere: ille extraneus ſuſcepit mādatū et a me eū redemit de directa actione non eſt dubium q̄ poſſum agere mandati ex perſona ſerui de eo manumittēdo. ſed de cōtraria actione mandati vtrū cōpetat illi contra me dominum: de hoc dubitatur: ⁊ videtur q̄ ſic. cum actio mādati ſit vltro citroq3. ſed contradicendum eſt qđ non poteſt intendi cōtraria actio mādati: vt dominus inuitus cogatur accipere ſeruū quo voluit perpetuo carere. quemadmodū ſi dominus vendidiſſet tibi ſeruum. h. d. [recipiat] ſcilicet ⁊ videbatur q̄ ſic: quoniam mādati actio ⁊c. [vltro citroq3 eſt] id eſt eſſe ſolet. vt. ī. de ver. ſig. l. labeo. ſed in caſu iſto non eſt vt hac. l. dicitur. ī. eo. l. cū ſeruus. vel exponatis eſt id eſt eſſe poteſt. ſed interdictū nō eſt vt hac. l. dicitur. [mandati] ſcilicet contraria. [teneri] ſcilicet vt recipiam. Or ſignori no. in. l. iſta regulariter ex mandato naſcitur directa ⁊ contraria actio hincinde. ſed fallit in. l. iſta ſi ſeruus meus mādet tibi vt eum a me redimas ⁊ manumittas: et tu ſuſcipis mandatū: ſeruus querit mihi domino directā mandati q̄ potero te cōuenire mandati de ſeruo manumittendo ſi mea intereſt. vt. ī. e. l. ſi ſeru⁹. ⁊. C. ſi ſer. exte. ſe emi man. l. vna. ſʒ ſibi non datur contraria actio mandati vt tenear recipere inuitus precium. ⁊ ſic in. l. iſta claudicat mandatum. ſic ⁊ in alio caſu claudicat mandatum. vt. ī. eo. l. poteſt.

☞ Mandatarius non debet ſentire lucrum nec damnum.

EX mandato. †In pn̄. hui⁹. l. dr̄: ſi mādaui tibi vt gereres negotia mea: ⁊ ex illo mandato aliqd ad te peruenit poſſum a te aſſequi illud directa act. mandati. q2 ex mādato nihil apud pcurat. debet remanere: ſicut non debes moriari in dāno ſi pecuniā credidi non potuiſti exigere a debitoribus. h. d. pn̄. huius. l. [non potuit] vel accepit mutuo pecuniā ⁊ in vtilitatē dn̄i conuertit. vt. ī. e. l. idemq3. §. ſimili modo. ⁊ ad prin. huius. l. concor. ff. de procur. l. qui proprio. §. vt in ceteris.

Fideiuſſori. In. §. iſto dr̄: ſi fideiuſſi pro te abſente ⁊ ignorante ⁊ ſolui recupero act. neg. ge. quia contraria mandati actio non competit niſi te mādante fideiuſſi. h. d. iſte. §. [mandatum.] ſecus ſi interceſſit mandatum. vt. ff. eo. l. ſi remu. §. ſi paſſus.

CUm mandato. In. l. iſta dr̄: ſi mādato titij fideiuſſi pro te nō habebo cōtra te mādati actionē ſed cōtra titiū quēadmodū ſicut ſi ſpopondiſſes ꝓ te mandato alterius ſed ſi fideiuſſi ꝓ te mandato tuo ⁊ titij: cōtra te ⁊ titiū habeo mandati act. ſicut duo mandant tibi vt titio credas pecuniam: nā3 habes vtrunq3 obligatū act. mandati. h. d. iſte §. videatis expoſitionem litere. [fideiuſſi] non animo nouandi. [mandati] ſed contra titium ſic ⁊ econtra te neg. geſ. act. vt ff. de neg. ge. l. iij. §. vl. ⁊. l. nam ⁊ ſeruius. §. vl. ⁊. l. ſi quis mandato titij. [aduerſus te] ſimiliter ⁊ aduerſus titium [obligatum] ſcilicet act. man. ⁊ ad hoc facit. ī. eo. l. antepe. §. duobus.

☞ Qui fideiubet vel ſoluit ante diem non poteſt agere niſi adueniente die. h. d.

SI tibi mandauero. †In princ. huius legis dicit̄: mādaui tibi vt ꝓ me fideiuberes apud creditorē cui debebā. c. vſq3 ad annū fideiuſſiſti pure: et ſoluiſti infra annū: nūquid habes ꝯ me mādati act. certe non intra diē: ſed adueniēte die ſic. ſed ⁊ ſi mādaui tibi vt fideiuberes ꝓ me apđ creditorē cui debeo i diē ⁊ fideiuſſiſti in diē ⁊ añ diē ſoluiſti: an ſtatim nata eſt tibi man. act. ⁊ dicūt qdā q̄ ſic. ⁊ a me poteris exigere actione mandati qđ ſoluiſti deducto vſurio medij tēporis. ſed certe dicit iuriſcōſultus q̄ meli⁹ eſt q̄ nō detur tibi actio mādati cōtraria cōtra me: niſi adueniente die. hoc dicit principiū huius legis. [in diem fideiubeas] de ſoluēdo vſq3 ad annum. [ſed cum in diē.] puta vſq3 ad annū. [putant.] ſcilicet ⁊ male. [intra annum fuiſſet:] nam interdum habetur ratio medij temporis. vt. ff. de pecul. l. ſed ſi damnū. §. vlti. ſed melius eſt dicit paulus iuriſcōſultus qui fecit. l. iſtā. [ante diem ſoluam] id eſt ſoluere nō tenear. ¶ Or ſignori no. hic vt tollatis breuiter quedam contraria: ſi fideiuſſor eſt tutus et perſona debitoris perpetua excep. ⁊ eam ſciens omittit et ſoluit: ſolutum non repetit. vt. ī. e. l. ſi fideiuſſor. §. idem ait. ⁊ §. ſe. ⁊. ff. eo. l. idēq3. ⁊. ff. quod quiſq3 iur. l. iij. ſi autem eſt tutus exceptione temporali: ⁊ ante ſoluit interim nō habet act. ſed adueniente die vt hic. ⁊ ad hoc facit. ff. quando di. vſufru. le. ce. l. j. in prin. ⁊. ī. de verb. ſig. l. cedere diem.

☞ Mandatum quando reſpicit commodum meum ⁊ alienum oritur actio mandati.

Interdum euenit. †In. §. iſto ponunt̄ exēpla in quib⁹ gero nego

ij iij

ſtum meum: qđ datur mihi mandati actio. pone debitor me⁹ debitorē ſuum mihi delegat: ⁊ vult quod ſuo periculo exigaz: vel pone quod fideiuſſor vult quod agam cum debitore tamē negocium meū ʒgero ⁊ datur mihi actio mandati: quia quanto minus aſſequar a debitore delegato vel a reo principali tātum petam a fideiuſſore actione mandati. ſed et ſi aliquis obligauit res ſuas pignori vt poſſint vendi ex pacto vel ex lege: et mandat alicui vt luat: licet non ſit mandatum: tamen q: intereſt eius datur ei actio mandati: verum ſi mādo tibi vt emas rē meam: nulla eſt emptio rei mee: vnde non dabiť mandati act. hoc dicit iſte. §. videatis expoſitionem litere. [vt negociū meū geram] ſcilicet mandato alterius. [⁊ tamen vtilem] id eſt efficacem. Vel dicitur vtilis reſpectu directe. [veluti.] ponit exemplum. [cum reo] principali debitore. [⁊ illius] ſcilicet mandātis. [ſed hi] ſcilicet debitores. [veniunt] ex pacto vel ex lege. vt inſti. qui. ali. li. vel non. in prin. [non conſiſtit.] gratia ꝓprietatis tue: quod eſt verum ratione proprietatis: tamen tenet ratione poſſeſſionis. vt. ī. de contrahen. emp. l. ſue rei.

a ¶ Non poſſit ſe eligere. Et electione cōmiſſa pluribus an poſſint eligere vnū ex ſe. vide bar. in. l. ab omnibus. §. ſi titio de le. j. ⁊ vide no. per Spe. in ti. de feu. in prin. et in tit. de ſyndico. §. j. verſ. ſʒ quid ſi omiſſo l. nū. colū. ad de ꝙ cōſuluit Pa. noſ. cōſi. xxv. ⁊ xxxvj. li. ij.

☞ Mandatum conſiſtit de re emenda que eſt mandatarij pro parte.

Jul. ſcripſit. †In. §. iſto dicitur: quod contrahitur mandatum in re ipſius mādatarij. pone quod plures ſunt heredes q volunt vendere rem ⁊ vni mādo vt emat pro me ⁊ pro ea parte qua emet partes aliorū emā partem ſuā: nunquid tenetur mihi mandati: certe ſic. ⁊ ego ei. quia poteſt eſſe quod ideo non vendidit extraneo: q: mandaui ei. ⁊ ideʒ eſt ecōtra: quia poſſet eſſe quod emiſſem per me niſi ei mādaſſeʒ. vnde ſi confiſus ſum de eo equū eſt hoc caſu dari actio. ad intereſſe meum. hoc dicit. §. videatis expoſitionē litere. [cōſiſtere] ſcilicet interdum. [emeret] ſcilicet mihi. [obligatus] ſcilicet mihi. [habere.] concor. ī. e. l. qui negocia. §. vlti. cum duabus legibus ſeq.

☞ Qui retinet ea que ſunt iuriſgentium ex contractibus iuriſgentium habet actionem ciuilem.

Is cuius bona. †In. §. iſto dr: bona alicuius ſunt publicata propter delictum: nunquid poteſt iſte mandare alicui vt ea emat. reſpōdetur ſic. ⁊ eo mandato dabitur contraria mandati actio. ſi emit ⁊ ſi non emit dabitur ei directa actio mandati. quia quod querit poſtea bonis ſuis publicatis ſequitur ipſum non fiſcuʒ. hoc dicit iſte. §. Sed ad. §. iſtum oppo. ⁊ videtur quod nō querit ſibi. naʒ ſi aliquis deportatur nudus exulat. vnde bona habere non poteſt. vt. C. de bo. dam. l. ij. ⁊ l. quiſquis. Ad quod poteſt dici aliud eſt cū bona publicantur propter delictū vt ibi: aliud eſt ſi publicātur bona: quia merces vehebat. vt. ī. de publi. l. cotem ferro. vel aliud eſt cum deportatur: aliud cum bona publicantur ſed non deportantur vt hic.

Qui edem. In. §. iſto dicitur: ſi aliquis mādat tibi vt edem ſacraʒ ſpolies vel hominē occidas: iſtud mādatum turpe eſt: ⁊ ideo nō eſt obligatorium nec mandati act. directam vel cōtrariam parit. h. d. iſte. §. videatis expoſitionem litere. [propter turpitudinem mandati] ſcilicet ⁊ rei turpis mandatum non eſt obligatorium. vt. ſ. e. l. ſi remu. §. rei turpis.

☞ Qui rem in vſus ſuos citra formam mandati conuertit etiam furti tenetur ⁊ non poteſt quis eligere ſeipſum.

Si tibi. c. dedero. †In. §. iſto dicunť duo: primo dr: ſi tibi dedi. c. vt tu dares ea titio non animo transferendi in te dominiū ⁊ tu ſuſcepiſti mandatum: ⁊ titio nō dediſti ſed in vſus tuos conuertiſti teneris mihi mandati ⁊ furti act. Secundo dicitur: ſi dedi tibi. c. vt dares cui velles ⁊ non dediſti: ſed cōſumpſiſti in vſus tuos hoc caſu teneris mandati. h. d. iſte. §. videatis expoſitionē litere. [ſi tibi. c. dedero] ſcilicet non transferendo in te dominiū. [ſed conſumpſeris] ſcilicet in vſus tuos. [et mandati] ſcilicet ad intereſſe. [⁊ furti.] quia contractaſti ad penam dupli. [at ſi ita.] incipit ſecundum dictum. [dederim] transferēdo in te dominium. [cui velles.] puta titio rei cuicunqʒ. [mandati tantūmodo] ſcilicet nō furti. ſed que eſt ratio diuerſitatis inter iſtos caſus duos. ratio eſt illa: quia in primo caſu dedi non transferēdo in te dominium ſi conſumis vteris animo lucrādi rem alienam: vnde facis furtum. vt. ī. de fur. l. j. vnde teneris mādati et furti. ſed in ſecundo caſu dedi animo trāſferēdi in te dominiū: vnde ſi conſumpſiſti: quia in te tranſlatū eſt dominium nō feciſti furtum. vt. ī. de fur. l. j. Sed quia mandatuʒ ſuſcepeſti non impleuiſti teneris mādati vt hic: vel poteſt dici ꝙ alia eſt ratio diuerſificatis in primo caſu vbi do tibi. c. vt des titio non videor in te transferre dominium: imo do tibi vt miniſterio tuo detur titio: indubitanter ſi conſumis teneris mandati ⁊ furti. Sed ſi do tibi. c. vt des cui velles videor in te transferre dominiuʒ. vñ ſi tibi retinea non facis furtum. ⁊ ideo non teneris furti ſʒ mādati. ¶ Or. ſignori ex. §. iſto colligitur arg. ad queſtione m illaʒ de qua ʒſueuit queri ſi collata eſt poteſtas alicui a ciuitate vel a capitulo monachoruʒ ꝙ poſſit eligere quēcūqʒ vult: ſi iſte ex quo videt poteſtatem ſibi cōceſſaʒ eligit ſeipſum an teneat iſta electio: ⁊ videtur ꝙ ſic. quia non eſt prohibitū ergo videtur eē permiſſum. vt. ī. de ꝓba. l. ab ea parte. item nō videtur ſe eligere ſed vt quemlibet alium. vt. ſ. de adop. l. ſi pater. §. q̄m duos. Econtra videtur ꝙ non teneat: q: nemo debet ſibi ipſi eſſe auctor. vt. ī. de auto. preſtan. ſi pupillus. ⁊. ī. ad treb. l. j. §. fuit que

a ſitū. Sed in queſtione iſta dicamus ꝙ nō poſſit ſe eligere. ᵃ ar. huius. §. qui dicit ꝙ ſi dedi tibi. c. vt dares cui velles: debes dare alij: non autem debes tibi retinere. Item q: in generali ſermone ⁊c. vt. ſ. de ſena. l. j. itē q: pernicioſa res eſt eligere ſeipſuʒ ⁊ ſuſpectus eſt eo ipſo ꝙ ingerit operas ſuas in inuitum. vt ar. ſ. de proc. l. que omnia. ¶ Sed ad. §. iſtum opp. ⁊ ſignatur cōtra. q: hic dicitur: ſi dedi tibi. c. vt dares titio: ſi non dediſti ſed conſumpſiſti in vſus tuos teneris mandati ⁊ furti: ſed quomodo dantur iſte due cum ſint contrarie. vt. C. de fur. ⁊ ſer. cor. l. j. ad quod vos dicetis mandati ⁊ furti interdum nō ſunt cōtrarie: ⁊ tūc ſimul poſſunt intendi. ſic loquimur hic. q: vna eſt perſecutoria ⁊ alia penalis. vnde vna non tollit aliam. ſ. de condi. fur. l. ſi pro fure. ſed vbi ambe contrarie ſunt vna electa tollitur alia. vt in. l. contraria. ⁊. ſ. commo. l. ſi ſeruus. vnde refert aut mandatum ſit a libero ⁊ non ſunt contrarie vt hic: aut ſit a ſeruo ⁊ tunc contrarie ſunt vt in. l. contra.

Si mandauerim. In. §. iſto diciť: debebā tibi. c. mādaui ſeruo tuo vt illa. c. q tibi debeo tibi ſoluat: ſeruus tuus accepit mutuo. c. ⁊ ſoluit: nūquid liberabor a te. reſpondet iuriſc. diſtinguendū eſſe q: aut ſoluit de pecunia tua quo caſu nō liberabor: aut ſoluit de aliena. quia accepit mutuo meo nomine ⁊ ſoluit: quo caſu liberabor ⁊ contra me habes act. mādati: vt preſtetur indēnitas ſeruo tuo. ſi autē nō accepit meo nomine: hoc caſu eſt dicendum ꝙ nō poſſis agere mandati contra me. [debitori] accedit. ſ. eo. l. ſi procuratorem. §. ſi liber homo. ⁊. ī. de ſolu. l. ſi ſic.

1 ☞ Si res empta a ſeruo alteri eius mandato traditur venditor liberatur alias ſecus.

1 **Fugitiuus meus.** †In. §. iſto diciť: ſeruus meus fugit a me: dū eſſet in fuga atqʒſiuit pecuniā: de illa pecunia a te comparauit ſeruos: iuſſit ſeruos illos titio tradi: tu ei tradidiſti qua acti. teneris mihi. certe non ex empto: quia tradendo titio liberatus fuiſti: non condi. indebi. ſed certe dicit iuriſcō. ꝙ ſubuenitur mihi alia via: quia titius tenetur mihi act. mādati. ſi autem tu tradidiſſes ſeruos meos titio ſine mandato ſerui: tūc teneris act. ex empto vt mihi tradas: ⁊ titius tenetur mihi cōd. inde. h. d. iſte. §. videatis expoſitionem litere. [per condictionē.] ſcilicet indebiti. [a titio repetiturum.] ſcilicet ſeruo. ¶ Or. ſignori nos. hic ꝙ ſm diſtinctionem huius. §. debet intelligi. §. ille. ſ. ſi cer. pe. l. cum fundus. §. ſeruum tuum imprudens: nō autē debet intelligi ſm ꝙ dñs Pe. ⁊ azo. dixerunt vt ibi plene dixi. Sed ad. §. iſtum oppo. ⁊ ſignatur contra. ſi tantū ſeruus fuit in fuga licet poſſit mihi acquirere: qualiter potuit mandare: non videtur. ī. de ſolu. l. fugitiuus. Rñ. non poteſt mandare in meum preiudicium: poteſt tamen quātum ad meam vtilitatē: ſi dicis nonne hic mādato ſerui transfertur dominiū. rñ. illi ſerui nō erāt mei.

Si curator. In. §. iſto dicitur: quidā cum eſſet diues diſſipauit ſubſtantiā ſuā ⁊ aufugit: creditores petierūt curatorē dari bonis ſuis: datus eſt curator qui diſtraxit bona: ille tenetur creditoribus preſentibus mandati: abſentibus neg. ge. verūtamē ſi cōtēplatione preſentiū ſolūmodo faceret eis ſolū teneretur mādati: ſed preſentes abſentibus act. ne. ge. teneniť: ſed ⁊ abſentes de eqtate poterūt agere cōtra curatorē acti. in factū. h. d. iſte. §. videte expoſitionē lrē. [ſi curator bonoꝝ] ⁊ hec eſt bōa litera. vt. ſ. de cura bo. dan. l. j. alij habent ſi procu. bo. ⁊ tūc exponetis ſi procu. bono. i. pcu. qui habet procurare de oībus vt dixi. ſ. de ne. ge. l. ſi ego. [at] pro ſed. [qm̄ ipſo certe] [geſſerit] tūc em̄ act. habēt ne. ge. l. vt. ſ. de ne. ge. l. itē ſi cum. §. fiſcū. ſed illud eſt verū cū gero negociuʒ tuū qđ erat tuū ratihabitione: vel ipſo geſtu: at hic ſecus eſt q: nō pōt haberi ratuʒ ⁊c. vt. ſ. de neg. ge. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego.

Sicut aūt. In. §. iſto regula ponitur ⁊ eius inſtātia. hec eſt regula: ſi mādo tibi vt geras negocia mea liberū eſt tibi ſuſcipere vel nō: ſed ſi ſuſcepiſti habes neceſſe conſummare: ſed ⁊ licet tibi poſt ſuſceptum mādatū renunciare mandato re integra ſi mea non intereſt: puta q: p me vel p aliū pōt cōmode explicari: ſʒ ſi tu nō renūciares mādato ⁊ nō gereres teneris mihi mādati ad intereſſe: ſʒ ⁊ ſi tu renūciaſti mihi intēpeſtiue teneris mihi mādati. vnū ſciatis ꝙ ſi

renunciaſti

renunciaſti ⁊ ſubeſt iuſta cā renūciandi non teneris mihi mādati: ⁊ eſt iuſta cā ſi impedieris valitudine: vel ſi capitalis meꝰ inimicus factus es: vel ſi actio que mandata eſt ꝓcuratori ſinita eſt: vel ſi alia iuſta cauſa interuenit: vel ſi mors mei mādantis interuenit: ⁊ iſto caſu ſi impleuiſti tu mandatum ignorans me mortuum habes act. manda. i. h. d. iſte. §. cum tribꝰ legibꝰ ſeq. ⁊ princ. ſeq. vſqꝫ ad. §. ſi quis. videatis expoſitionem litere. [non ſuſcipere]. ſ. re integra. [oportet.] ⁊ ad hoc concor C. de act. ⁊ obli. l. ſicut. ⁊ ff. commo in commodato. §. ſicut. ⁊ ī. de le. j. l. hmōi. §. ſtichus. fallit in mādato: q: re integra ſibi licet renūciare: vt hic. Item fallit in precario: vt. ī. de ꝑca. l. cuꝫ precario. Itē fallit in depoſito: vt. ff. depoſi. l. j. §. peñ. [tenebitur] ſ. act. mādati. [ſane.] ⁊ ſi alleget iuſtam cauſam puta ſi allegat cām aduerſe valitudinis vel capitalium inimicitiarum ſub. audiendus eſt: ſicut dicimus ⁊ in ꝓcuratore ꝙ poſſit mutari ꝓpter iuſtas cauſas: vt. ff. de procurato. l. poſt litem conteſt. ⁊ l. ſeq. [res actiones] mandantis puta: q: dñs mādauit erat diues: poſtea factus eſt non ſoluēdo. vnde haberet act. ꝓpter ſumptus: vel q: actio q̄ mādata eſt ei: eſt finita ſine dolo ⁊ culpa ipſius ꝓcuratoris [iuſtam cauſam] puta q: hꝫ peregre ꝓficiſci: vel alia vt dicit. ff. de ꝓcura. l. ſi iuſſa. in fi. ⁊ l. ſeq. [mandatoris.] ſiue mādatarii [morte] vt hic. ⁊ C. eo. l. mandatum. ⁊ ī. l. ꝑxi. §. morte. ⁊ hoc eſt verum ꝙ morte mā. latoris finitur mandatū niſi mādatarius ignoret vt ſtatim dicit. [ſi tñ] ⁊c. [competere act.] ſ. mandati. [dicitur.] ⁊ ad hoc facit. ff. ſi cer. pe. l. eius qui in prouinciam. ⁊ ne iuſta ignorantia damnū auferat mādatario qḋ eſſe non debet. vt. ī. ꝓ ſocio. l. actio. §. item ſi alicui. [ſcripſit]. ſ. contra hoc. ſed obligationem.] ſ. mandati [aliquando durare.] ſi mandatarius ignorat mandantem mortuum: vt. ī. eo. l. ſi precedente. in prin.

Inter cauſas.

Si quis. In. §. iſto dicit: mādaui debitori meo vt. x. q̄ mihi debebat titio ſolueret: poſtea debitor ignorans me mortuū ſoluit titio: nunquid liberatur. reſpondetur ꝙ ſic. h. d. iſte. §. videatis expoſitionem litere. [mortuo eo] ſ. mandante. [oportet.] quia habuit iuſtam cauſam ſoluendi: ⁊ ad hoc accedit. ff. ſi cert. peta. l. eius qui in prouinciam. ſecus ſi non habet iuſtam cauſam: q: ſciret me mortuum. ar. ī. de ſolu. l. vero procuratori. in prin.

☞ Fideiuſſor delegans debitorem etiam non ſoluendo ſoluiſſe videtur.

Abeſſe intelligitur. †In. §. iſto dicit: ſi tu fideiuſſiſti ꝓ me apud meum creditorē non ſoluiſti: ſed debitorem tuū creditori meo delegaſti: videtur tibi abeſſe ſiue ſit ſoluēdo debitor tuus ſiue non: quia creditor tuus videtur illud nomē bonum facere ex quo eū acceptauit: ⁊ ideo tū poteris recuperare a me act. mādati. Sed quid erit tu fideiuſſiſti pro me apud quendā volens tibi donare ſoluit creditori meo ⁊ tuo: vel liberauit creditorem meum ⁊ tuū ꝑ accepti. qui erat eius debitor in cētuꝫ. nunquid poteris agere mandati contra me ac ſi ſoluiſſes. rñdetur ꝙ ſic. ad id quod eum liberauit ⁊ nō ad plus. Sed quid erit fideiuſſiſti pro me apud creditorem meū: ⁊ poſtea ſoluiſti ꝓcur. eius nūquid videtur abeſſe vt agas cōtra me mandati. rñdet ꝙ ſic ſi erat verus ꝓcurator creditoris: ſed ſi erat falſus procur. non ages cōtra me mandati: ſed ages ꝫ eum cōdi. inde. vel ob cauſam. h. d. iſte. §. vſqꝫ ad. §. non omnia: videatis expoſitionem litere. [etiam ſi debitor.] ſ. fideiuſſoris. [delegatus ſit.] quia ſoluiſſe videtur: vt. ff. ad vell. l. quis. §. interdum. ⁊. ī. de fideiuſſ. l. qui debitorem [bonū nomen facit creditor] ſ. eo ipſo quod admittit.] i. recipit. [debitorem delegatum.] ⁊ ad hoc facit. ī. de fideiuſ. l. iij. in fin. ⁊. ī. ad. l. fal. l. cū querebatur. [eius] ſ. fideiuſſoris. [liberauerit] ſ. per acceptilationes. [quatenus] pro quia [nihil intereſt] ſ. eius pro quo intercefferat. [liberauerit.] quia qui per aliū facit per ſeipſum facere videtur: vt. ī. de admi. tut. l. ita. §. geſſiſſe. ſed opponitur ad verſi. iſtuꝫ: ⁊ videtur ꝙ ſi alius volens donare mihi fideiuſſori liberauit me debitorem ꝙ non agam mandati. vnde videtur contra. ff. eo. l. ideoqꝫ. §. vlti. ⁊ l. ſeq. ⁊ princip. ſeq. ad quod vos dicetis ⁊c. vt ibi dixi. [ꝙ ꝙ ſoluit] vere vł interpretatiue: vt. ff. ꝑxi. §. ⁊ hoc niſi ratio vſurarū emerſerit ratione more: vt. ff. eod. l. ſi vero remu. §. ſi mihi mandaueris. ⁊ C. eo. l. ſi poſt ſolutionem. [⁊ ea] ſ. x. [agam] contra te. quia tali ſolutione es liberatus: vt. ī. de ſolu. l. vero procuratori. in prin. [repetā ab eo.] condic. indebi. vel condict. ob cauſam. vt. C. de condictione indebiti. l. creditoris. ⁊ C. de fur. l. falſus procura. ⁊. ff. de cōdi. ob cau. da. l. ſi procurator plene dixi.

☞ Dāna cū fortuito occurrētia dñs ꝓcuratori nō emēdat

Non omnia. †In. §. iſto dicit: ſi aliquis prelatus vel baro cōſtituit procuratorē vt veniat ad curiam ad impetrandū literas pro eo vel cōtradicendum his qui volebant impetrare contra eum: ⁊ ille procurator eſt in itinere ſpoliatus a latronibus: vel vulneratus ⁊ expendit in faciendo ſe curari non recuperabit iſta cōtraria act. mandati a domino. nam licet iſta paſſurus non eſſet ſi procurator non fuiſſet: tñ iſte debet aſcribere caſui fortuito: q: mandati actio eſt bonefidei: ⁊ in ea non venit caſus fortuitus niſi aliud actum ſit. h. d. iſte. §. videatis expoſitionem litere [imputabis] ſ. procurator [caſibus] ſcilicet fortuitis [oportet] ſcilicet a domino mandati contraria non recuperat: quia nullo bonefidei iudicio ⁊c. vt. C. de pig. ac. l. que fortuitis. ⁊ l. nulla. Secus eſt in duobus ſociis: quia ſi ſocius florentinus in galliam vadit in itinere ſpoliatus a latronibus imputat ſocio: vt. ī. pro ſocio. l. cum duobus. §. quidam. ⁊ eſt ratio diuerſitatis: quia ſocietas habet in ſe ius fraternitatis: vt. ī. pro ſocio. l. verum. Unde ſicut fratres cogitant bonum ⁊ malum ita ⁊ ſocii.

Si cum ſeruus. In. §. iſto dicitur: mandaui tibi vt emeres illum ſeruū titii: emiſti: ille ſeruus fecit tibi furtū: nunqd potes agere actione mandati vt illum ſeruū dem tibi pro noxa: certe ſic: quod eſt verum cum ſine culpa tua fecit furtū ⁊ ignorabā illum furem. Si aūt ſciebam illum furem tunc teneor in ſolidum: nec liberor ſi vellē pro noxa dimittere. hoc dicit iſte. §. [dedatur ait]. ff. de noxa. act. l. j. ⁊. ī. de re iudica. l. miles. ⁊. ff. de pigno. acti. l. ſi ſeruus. [oportet] ne officium tuum ſit tibi damnoſum. quod eſſe non debet: vt. ī. de furtis. l. ſi ſeruus communis §. quod vero ad mandati act. attinet. Et facit ad hanc diſtinctionē que fit in hoc. §. ff. commoda. l. j. ⁊. ī. loca. ⁊ conduc. l. ſi tibi domum. §. j. ſed ad id qḋ dicitur in princi. huius. §. oppo. ⁊ videtur ꝙ agam mandati ad intereſſe non vt dēs ſeruum pro noxa: vt. ī. de fur. ſi ſeruus cōis. §. quod vero ad mandati act.

Faber mandato. In. §. iſto dicit: mandaui cuidā fabro amico meo vt emeret mihi ſeruum pro. x. ipſe eum emit ⁊ docuit eū fabricam poſtea vendidit eum pro. xx. egi contra fabrum ⁊ pretium ſum aſſequutus ſcilicet. xx. poſtea faber eſt conuentus ab emptore: quia non eſt bene ſanus ⁊ cōdemnatur: nunquid faber habebit actionem contrariam mandati contra me. reſpondetur qḋ non: niſi ſine vitio eius poſtq̄ emit factus eſt vitioſus: ſꝫ ſi mādato meo faber docuit eum fabricam tunc ſumptus factos in eū a me recuperabit: niſi rogauerim vt ſuo ſumptu doceret eū fabricā. hoc dicit iſte. §. videatis expoſitionem litere [coactus eſt ſoluere] ſcilicet mandanti. quia ex mandato ⁊c. vt. ff. eo. l. ex mandato [damnatus eſt] actione redhibitoria vt recipiat ſeruum ⁊ reddat. xx. [conſequuturus] actiōe mandati contraria. [ſit] quia tunc nihil vltra aſſequeretur: vt. ff. eod. l. idemqꝫ. §. idem ait.

SI quis alicui. In princip. huius. l. dicit: mandaui tibi epiſtolam in qua cōtinebatur vt tuum debitorem liberares quia tibi ſoluerem: tu liberaſti eum: nunquid teneris mihi actione mandati cōtraria. reſpondetur ꝙ ſic. hoc dicit. prin. huius. l. [ſoluturū] ſ. ſcripſit [tenetur] vt ſupra cod. l. ſi vero non re. §. ſi poſt.

☞ Mandatum poteſt conferri poſt mortem mandatoris ⁊ ex penitentia reuocari.

Si ſeruum. †In. §. iſto dicitur: tradidi tibi ſeruū ea lege vt poſt mortem meā eum manumitteres: nunquid valet tale mandatū. reſpondet quod ſic. ⁊ me mortuo datur heredi meo actio mandati: niſi peniterem ante mortem meam: quo caſu poſſes agere mandati ad ſeruū. hoc dicit iſte. §. videatis expoſitionē litere [tradidero] transferendo in te dominium: alś per procuratorem non poſſet fieri manumiſſio: vt. C. de manu. vin. l. nec. [conſiſtit obligatio] ſcilicet vltro citroqꝫ nam teneor tibi ad expenſas quas in meo facies. ⁊ tu heredi meo vt manumittas eum [interuenire] id eſt vt ego agam actione mandati [velim] nam licet mihi penitere re integra: vt. ff. ſi cer. peta. l. non omnis. §. j. ⁊. ff. de condic. ob cau. da. l. dedi. §. ſi ſeruum.

☞ Qui mandatū ſuſcepit dꝫ implere ſi pōt ⁊ ſi non pōt dño nunciare debet alś ad intereſſe tenetur.

Qui mandatū. †In. §. iſto dicitur. mandaui tibi vt gereres negotia mea ſuſcepiſti mandatū: nunqd illud mandatū ſine cā debes tu deſerere: certe nō: immo debes adimplere: alś teneris mihi ad intereſſe. ſed ſi vides ꝙ non poſſis adimplere debes mihi denunciare vt alii mandē: ⁊ ſi nō renūcias cū poſſis renūciare teneberis ad intereſſe meū: ſed ſi ſubeſt iuſta cā q̄re nō renūciaueris nō teneris. h. d. iſte. §. videatis expoſitionē litere [non ops] ſcꝫ niſi iuſta cauſa interuenerit: vt dixi. ff. e. l. ſi tibi mandauero. §. vi. cū

tribus.ll ſeq.[tenebiť.]vt.ſ.eo.l.ſi procuratorem.§.mandati.

☞ Mandatū ſicut finitur morte mandantis ita morte mandatarij.

Morte q̄z eius. †In.§.iſto dr:ſi mandaui tibi vt gereres negocia mea:ſi decedis me viuo ꝛ re integra finiť mandatū:nā ſicut morte mandātis finiť mandatū re integra:ita morte mandatarij:ꝛ ideo ſi heres tuus geſſit nō hʒ mādati act.h.d.iſte.§.videatis expoſitionem litere.[mandati]ſic ꝛ morte mandātis ſoluitur mandatum:vt.ſ.eo.l.inter cauſas.in princip.ꝛ.C.eo.l.mandatum.[actio]ſ.neg.geſt.vt.ſ.de iudi.l.de qua re.

Impendia. In.§.iſto dr:ſi aliqs ſuſcepit negocia mea gerēda et bona fide impendit in negocijs meis gerendis poterit repetere act.mādati ꝯ̄ria.licet dñs minores impenſas erat facturus ſi negocia ſua geſſiſſet.h.d.iſte.§.[debent]ſ.vſqꝫ ad ꝓbabilem modū:vt.ſ.de ꝑcu.l.qui proprio.§.procurator.[impēdere]ꝛ recuperat etiā ſi contrarius euentus ſequutus ſit.ſ.eo.l.qui mutuam.in fi.

☞ Mandatario cedende ſunt actiones contra reum principalem ꝛ eius ſolutione in dubio reus principalis non liberatur.h.d.cum.l.ſeq.

Si mandato meo. †In.§.iſto dr:ſi mandaui tibi vt titio.c.mutuares:ꝛ tu mutuaſti agis ꝯ̄ me acti.man.ſed aliter nō debeo tibi cōdēnari niſi cedas mihi act.quas habes ꝯ̄ titiū. Sʒ qd ſi egiſti cū titio nunqd ero liberatus:certe nō:ſʒ quāto min⁹ ꝯ̄ſequutus es a titio tantū ageres ꝯ̄ me act.mā.h.d.iſte.§.videatis expoſitionē litere[ꝑſtiteris] accedit.ſ.e.l.ſi ꝓcuratorem.§.vlti.[ero]i.remanebo.ſic.ꝛ.ſ.de fi.inſtr.l.ſi mādato.[non potueris]accedit.ſ.ſi cer.pe.l.vlti.ꝛ.ſ.de verb.obli.l.cum.ꝛ.

Papi.lib.queſtionū ſcribit. ¶ In.l.iſta dicitur ſi mādaui titio vt mutuaret tibi.x.ꝛ ipſe mutuauit ꝛ poſtea ſoluo nō ꝓ te ſʒ volens me liberare a titio cui mādaui non liberaris:ꝛ ideo potero poſtulare a titio vt cedat mihi actionē aduerſus te.h.d.iſta.l.videatis expoſitionem litere.[pap.libro queſtionum ſcribit.]iub.ꝛ bene.[ſoluentem]ſ.debitū debitoris[reū]i.debitorē.[ꝛ ſuo noie.]i.ꝯ̄tum ad vtilitatē debitoris qꝛ non liberauit eū a creditore ipſo iure.[cedi debere]a creditore.¶ Dr ſignori circa.l.iſtā eſt inſiſtendū:qꝛ hic dicit vt dixi in caſu.ꝛ ad hoc facit.ſ.de peti.here.l.ſi quis poſſeſſor.ꝛ.ſ.de in rē ꝟſo.l.ſi filius.ꝛ lʒ nō liberē te ipſo iure qñ ſoluo ꝓ me tñ liberor doli excepti.vt.ſ.de exerci.l.j.§.pe.ſʒ ſi ſoluerē ꝓ te ꝛ tuo noie eſſes liberatus:vt.ſ.de neg.ge.l.ſoluendo.ꝛ.ſ.de ſol.l.ſoluēdo:ꝛ qꝛ ſolutiōe eius qđ debeť tollitur oīs obligatio:vt inſti.q.mo.ſol.ob.in prin.vñ ſi creditor nō hʒ act.nō cedet.ſʒ quero qñ dʒ creditor cedere act.mihi fideiuſſori vel mādatori:dicūt quidā ꝙ ſunt cedēde ante ſolutionē:ꝛ ꝓ eis eſt ar.ſ.de le.i.l.ſi res.ꝛ.ſ.de admi.tu.l.ſi minoris.alij dicūt ꝙ poſt ſolutionē:ſi hoc agať ꝛ ꝓ eis eſt ar.ſ.de ſol.l.modeſtin⁹. Sʒ in queſtione iſta pōt diſtingui:aut ſoluo ꝓ me ꝛ meo noie.aut ꝓ te ꝛ tuo noie:aut ſimplr:ſi ꝓ me ꝛ meo noie ſiue ante ſolutionē:ſiue poſtea facias mihi ceſſionē valet ceſſio:ſi actuʒ eſt inter me ꝛ te ꝙ poſt ſolutionē mihi cedas:ꝛ ſic intelligiť p̄eal.l.modeſtinus.cū ſuis ſilibus:ſi aūt ſoluo ꝓ te et tuo noie apud te ſunt inanes actiones.vñ nō poſſunt cedi ante ſolutione vel poſt:vt.ſ.de fideiu.l.cū hi.Si aūt ſimplr ſoluo p̄ſumiť ꝙ pro me et meo nomine ſoluerim:ſi incontinenti faciam mihi cedi act.a creditore:ſi dudum poſtea p̄ſumitur ꝙ ſoluerim pro te ꝛ tuo nomine:vt.ſ.de ſolu.l.modeſtinus.

☞ Fideiuſſor ſi ſoluiť ignorans debitorem liberatum vel tutum exceptione habet actionem mādati niſi fuerit in ignorantia ſupina.h.d.vſqꝫ ad.§.quedam.

Si fideiuſſor. †In prin.huius.l.dicť ſi fideiuſſi ꝓ te in.c.credebā il.c.tibi eſſe numerata ꝛ nō erāt:poſtea cū creditor peteret a me nō oppoſui ei excep.nō nu.pec.ꝯ̄dēnatus ſo ui.nūqd potero a te repetere act.mand.id qđ ſolui.rñdetur ꝙ ſi ſciebā tibi cōpetere illā excep.nō repetam.qꝛ videor eſſe i dolo:ſʒ ſi ignorabā pecuniā nō eſſe tibi numeratā:ꝛ ideo non oppoſui potero a te repetere act.man.qꝛ nihil eſt qđ mihi imputeť.idē eſt ꝛ ſi creditor fecerat tibi pactū de nō petendo.nā ſi ignorabā repeto a te act.mādati.qꝛ debuiſti me certiorare ne ſoluerē indebitū.ſʒ ſi ſciēs ſoluiſſem nō recupo.h.d.ṗn.huius.l.videatis expoſitionē lre.[vel doli] que hʒ locū vbi exceptio nō nu.pec.hʒ locū.vel quelibet alia.vt.ſ.de do.excep.l.j.§.generalr.[vel non nu.pec.]que hʒ locū intra biennium:vt.C.de no nu pec.l.ſi ex cautione tua.[pari rōne]q.d.qđ dictū eſt in excee.non nu.pec.idē eſt in excep.pacti de nō petendo facti debitori.[indebitum.]vt.ſ.eo.l.ſi cum debitor.

Etiam ſi creditor. In. §. iſto dicitur: obligaſti mihi aliquā rem p decem cepi te conuenire hypoth. actio. quia poſſidebas vel perſonali actio. ad debitum fuiſti cōdemnat9 nunquid liberat hypotheca vel pignus certe non: niſi ſolutum mihi fuerit aut ſatiſfactum. Sed quid obligaſti mihi rem et conueni te: venit aliqs ad defenſionem tuā3 defenſor tuus fuit cōdemnatus mihi nūquid nihilominus durat mihi hypothe. certe ſic: multo fortius ſi egi cū fideiuſſore tuo et condemnatus eſt mihi et non ſatiſfecit durat hypoth. quia hypothecaria non tollitur per act. iudicati niſi ſoluta ſit pecunia. hoc dicit iſte. §. videatis expoſitionem litere. [iudicatum debitorem fecit.] id eſt cōdemnari eū fecit nō autem ipſe creditor condēnat: quia nemo in ſua cauſa ec. vt. C. ne quis in ſua cauſa iu. vel ius ſibi di. l. j. ſimilis expoſitio eſt alibi. ſ. de his q notā. infa. l. furti. §. mādati. [tenet] id eſt durat hypothe. vt. ſ. de pigno. act. l. ſi rem. §. omnes. [ſi cum defenſore.] ſc3 debitoris [in perſonam.] id eſt in actio. perſonali de mutuo vel condictione: q2 mutuam. [ſatiſdedit] iud. ſolu. [manet. id eſt durat. vt. ſ. proxi. reſpō. [multomagis] q2. ſ. extranei ſponte cōueniūtur hic inuiti [actū ſit] q2 nemo ec. vt. ſ. de procurato. l. q proprio. [act.] vt. ſ. in prin. huius. §. habuiſtis. q2 per iſtā ſententiam q parit act. inde nō ſit nouatio cū ſiat ex neceſſitate: et per iſtam nouationem conſueuit qs facere cōditionem ſuam meliorem nō deteriorem vt. ff. de nouatio. l. aliam. et. ff. de re iudi. l. euidenter iniquiſſimū eſt et q2 nemo lit. conte. ec. vt. ff. de reg. iur. l. non ſolū et ex iſto. §. colligit arg. q3 per ſententiam non ſit nouatio alioquin tolleretur hyp. vt. C. ob extro. pec. pi. re. poſ. l. vnica. eſt tamē contrariū arg. C. de vſur. rei iudi. l. vlt. et ibi no. et. C. ſi plu. vna ſenten. ſue. con. l. j. et ij.

Si ſub condi. In. §. iſto dicitur obligaſti mihi rē ſub aliqua cōdi. pendēte conditione nō poſſum agē hyp. ſi ago de facto et ſuccūbo nihilomin9 extāte conditiōe agē potero. Sz qd debes mihi. x. pure et hyp. mihi obligaſti ſub cōdi. nō ſoluis mihi nūqd pēdēte cōdi. res hypothe. d3 tibi auferri: certe nō ſed arbitrio iudicis d3 mihi caueri q3 extāte cōdi. res illa mihi traderet ſi pecunia nō ſoluat: ſ3 et d3 mihi caueri de reſtituēda hypo. p vſuris et pro pena ſoluendis. h. d. iſte §. videatis

§.videatis expoſitionem litere.[ſi ſub cõdi.] caſuali vel mixta.[obligata ſit]ſub.pure[nõ recte agi.]accedit.ff.ſi cer.pet.l.cer ⁊ condi.in prin.⁊.ff.de ver ſigni.l.cedere diem [debeatur]ſub. ſi ſpes eſt debiti in vt.ff.de actio.⁊ obli.l.is cui.⁊.ff.de verb.ſig. l.ſi creditores.[ſed ſi ſub condi.]quia mutuaui tibi decẽ vt mihi redderes ſi nauis venerit ex aſia:vt.ff.ſi cer.peta.l.omnia.[ſz ſi preſens]id eſt purum[ſi in rerũ natura ſit]nã cũ debetur in diem vel ſub condi.cauetur de eo preſtando adueniẽte die vel cõdi.vt.ff.de iudi.l.in omnibus.[dicemus.]nam ſi obligata ſit res pro pena nõ deſinit eſſe obligata niſi ſoluatur pena:accedit ff.qui po.in pig.ha.l.lucius.⁊ ad hoc facit.ff.de vſu.l.cũ quidã.

1 ☞ Debitor ſi eſt ſuſpectus ante diem vel conditionem cõpetit perſecutio pignoris.

1 Queſitum eſt. †In lege iſta dicit locaui tibi domum meã certa penſione:⁊ tu pro illa penſione ſoluenda obligaſti pignus nondum venit dies ſoluende penſionis: nũquid iterum poterit experiri hyp.certe ſic: quia intereſt mea pignus vel hypo.habere apud me.hoc dicit iſta lex in ſui prin. [qz intereſt mea.]ſub.ex iuſta cauſa quia imminet periculũ: qz eras ſuſpecta perſona vt hic:alã contra.ff.qui.mo.pig.vel hyp. ſol.l.ſoluitur.verſi.ſi pacificatur creditor.⁊.ff.de diſtra.pig.l.cum ſoluẽde.vel poteſt dici ꝙ iſtud eſt ſpeciale in pẽſione debita vt hic.ſecus in alio debito in diem:quia ſicut debitũ ante diẽ nõ peto ita pro pignore non ago hypo.ante diem:vt in preallega.l.

Ex quibus cauſis. In.§.iſto dicitur ꝙ pro debito naturali põt pign⁹ obligari.hoc dicit iſte.§.videatis expoſitionem litere [naturalis obligatio].ſ.tantũ:puta ſi nudo pacto aliqd promittit vel cũ ſtipulor aliquid mihi dari a ſeruo:naturalis tamen obligatio inducitur nõ ciuilis vt.ff.e.l.res.⁊.C.de vſur.l.per retentionem et facit.ff.de fideiuſſo.l.vbicunqz.⁊.l.marcellus.

Et que nondum ſunt. In principio huius legis dicit ꝙ bona pſentia ⁊ futura poſſunt obligari:vnde fructus pendentes ⁊ partus ancille ⁊ fetus pecorũ poſſunt pignori dari:⁊ ſi naſcetur partus vel fetus pecorum valet obligatio.ſimiliter ⁊ ſi fructus pendentes obligent ſiue obligẽtur a dño fundi ſiue a fructuario:ſi naſcent valet obligatio.hoc.d.prin.huius legis:videatis expoſitionem litere.[⁊ que nondum ſunt.]ſub.noſtra.[poſſunt.ſub.⁊ dari pignori ⁊ vendi ⁊ legari ⁊ ſtipulari.vt diximus.ff.de cõtrahẽ.emptio.⁊ vendi.l.nec emptio.⁊ ad hoc facit.ff.de verbo.obl.l.interdum.⁊.ff.de condi.⁊ demonſtr.l.j.[ſicut iul.ſcribit]ſub.cũ venerit aliquod iſtorum modorũ:⁊ facit.ff.qui po.in pi.ha.l.potior.§. ſi de futura.

1 ☞ In obligatione ſpeciali requiritur tũc res eſſe in bonis debitoris:in generali vero ſufficit ſi poſtea quandocunqz inueniatur in bonis.

1 Quod dicitur creditorẽ. †Signori.§.iſte valde bonus.§.⁊ vtilis eſt:⁊ in eo not.differentiã inter hypothecam ſpecialem ⁊ generalem:⁊ ad ſuperiora ità continuabitis vos habuiſtis.ff.e.l.ſi ſuperatus.ſi creditor vult agere hypothe.pro re obligata debet probare rem in bonis debitoris fuiſſe tempore obligationis:mõ in.§.iſto iuriſcõ.hoc exponit ⁊ dicit ꝙ hoc eſt verum ſi agit creditor hypo.pro re ſpecialiter obligata:ſi autẽ ageret pro re primo obligata ſpecialiter:⁊ pro re poſtea generaliter obligata hoc nõ habet neceſſe probare rez in bonis debitoris fuiſſe tempore obligationis:ſed ſatis eſt ꝙ probet rez illam quandocũqz in bonis debitoris fuiſſe poſtea.hoc dicit iſte.§.videatis expoſitionem litere.[quod dicitur]ſub.ff.e.l.ſi ſuperat⁹. in princ.⁊.C.que res pig.ob.poſ.l.iij.⁊.l.⁊ ar.ff.de aqua plu.arcen.l.ꝙ ꝙ.in princip.[cũ conueniebat]de pignore:⁊ ita tẽpore obligationis[conuenientiã].q.d.ad eã cõuentionem [que ſpecialiter].ſ.cum res ſpecialiter obligatur [vt ſpecialiter reb⁹]rebus aliquibus primo[perinde].q.d.non debet ad generalẽ cõuentionem pertinere[perinde]ꝛc.[obligare.]ꝯcordat.ff.de pbatio.l.ante omnia.

1 ☞ Res obligatas põt quis alteri obligare ſine periculo ſi primus creditor certificetur ⁊ intelligetur obligata in reſiduorẽ ſi ſatiſfiat primo totum cedit in obligatione ſecundi.

1 Qui res ſuas. †In.§.iſto dicitur:ſi aliquis obligauit alicui rem ſuã primo ⁊ poſt ea ſecũdo mihi obligaui eandẽ rẽ:ſi vult euitare crimẽ ſtellionatus dz ita dicere creditori ſcdo ſcias ꝙ iſta res nulli alij eſt obligata ꝙ lucio titio:vel dz ita dicere obligo tibi reſiduũ illius rei ꝙ inuenitur deducto eo qđ debetur tiuo creditori:⁊ cũ fuerit liberata obligo eã tibi inſolidũ:ſꝫ illud magis eſt verũ ꝙ eſt pri⁹ dictum ſcꝫ vt debeat me ſm creditorez certificare.h.d.iſte.§.videatis expoſitionem litere.[obligauerat]ſub.primo loco[⁊ aliã ſcdo].ſ.loco[periculũ]crimmis ſtellio.cuius pena extraordinaria eſt.vt.ff.de crimi.ſtel.l.ij.⁊ periculũ ꝯtre pignoratitie actionis niſi res ſit ampla ⁊ vtriqz debito ſufficiat vt.ff.de pign.act. l.j.in fi.⁊.l.tutor.§.ꝯtrã.⁊.l.ſi qs in pignore §.j.[predicere ſolet] id eſt dicere ſolet ſcdo creditori[obligata]ſub.ĩ eſt[vt]ꝛc.[de quo].ſ.an ſit inſolidũ obligata[ſi ⁊ cõueniat].ſ.vt ſit poſtea pignori inſolidũ obligata[excedit]ſubaudi:nec eſt dictũ ꝙ ſolida ſit obligatio cum fuerit liberata.[prediximus primo]ſub.vt vl' dicat ſcias iſtaz rem obligatã tali vel vt dicat obligo tibi iſtã rẽ ſcdo:deducto eo ꝓ quo eſt obligata primo vel dicatis ꝙ dixim⁹ primo.ſcꝫ ſoluẽdo in primo caſu qđ fuit notatim dictũ vt inſolidum teneretur ſecũdo ea liberata a primo:⁊ probat hoc.ff.qui po.in pig.ha.l.ſi debitor.

1 ☞ Quod accedit fundo venit in obligationem.
2 Rem alienam omnino qs non obligat ſine domini voluntate.

1 Si fundus. †In principio huius legis dicitur:ſi tu obligas mihi fundũ pignori vel hypo.ſi ille fundus per alluuionem auctus eſt tenet pignori nedum ꝙ obligaſti in fundũ imo augmentum alluuionis.h.d.iſta lex videatis expoſitionez litere.[ſi fundus hypo.]ſcꝫ vel pignori[totus obligabit]ſcꝫ ꝙ qñ incremẽtũ alluuionis erat:⁊ qđ poſtea creuit.Or ſignori no. hic ꝙ pign⁹ accreſcit ꝑ alluuionẽ.⁊ ad iſtud accedit.ff.de pign. actio.l.ſi ꝯuenerit.§.j.⁊ arg.ff.e.l.grege.§.j.ſic ⁊ ꝯmodũ alluuionis qđ accedit poſt vẽditionẽ pertinet ad emptorẽ.vt.ff.de peri. ⁊ cõmo.rei ven.l.id qđ poſt venditionẽ.ſic eſt in vſufructuario. ff.de vſufru.l.itẽ ſi fundi §.hinc idẽ ⁊ in dote:qz prodeſt marito ⁊ vxori.⁊ ad hoc facit.ff.de iure do.l.iiij.

Si neſciente. In.§.iſto dicit:ſi tu rẽ alienã obligas mihi dño ignorãte obligatio nõ tꝫ ab initio:eſt ſi dñs poſtꝗ̃ ſciuit ratũ habuit ꝯualeſcit obligatio:⁊ itelligit facta ex die obligatiõis qz ratihabitio retrotrahitur.h.d.iſte.§.videatis expoſitionẽ litere.[data ſit]ſub.ab eo q in eo oĩno nullũ ius habebat alĩs ſecus:qꝛ ratione ipſius iuris tenet obligatio:vt.ff.e.l.j.⁊.l.grege.§.etiã[ratũ habuit].ſ.ꝙ res ſua ſit obligata[retro]ex vi obligationis.[quo cõuenit]vnde not.ꝙ ratihabitio ꝛc.⁊ ad hoc ꝯtra.C.ad mace.l.vlt.⁊.C.de dona.inter vir.⁊ vxo.l.donationes.alĩs aſpenul.⁊.ff.q ſatiſd.cog. l.iiij.⁊.ff.de ind.l.licet.⁊.ff.rem ra.ha.l.ratũ.Itẽ not.

2 † ꝙ res alienã oĩno qs nõ obliget ſine dñi voluntate:⁊ ad iſtud accedit.ff.de pig.act.l.aliena res.in prin.⁊.l.ſeq.]poſſunt.q.d.illa ratihabitio cõfirmat pignus qz ⁊ ipſe põt obligare:nõ ergo volũtas furioſi cõfirmat pignus cũ ipſe nõ põt obligare:ſed quare dicit lra' vel re.Rñ.ppter vſufr.qz ipſe nõ põt obligare ꝓprietatẽ: tñ poteſt proprietario ꝯſentire.vt.C.de vſufru.⁊ vſu.⁊ ha.l.intereſt.

1 ☞ Qualitatis additio vel detractio circa rem nõ extinguit hypothecam.

1 Si res †In.§.iſto dicitur:ſi obligaſti mihi rem pignori vel hypothec.⁊ res illa mutata eſt: quia ex domo factus eſt hortulus vel econtra: vel ſi obligaſti mihi locum ⁊ vinee ſunt facte indubitãter mutata re nihilominus durat pignoris obligatio vel hypothece datio.hoc.d.iſte.§.videatis expoſitionem litere.[ſi res hypothece]vel pignori[competit].ſ.durat[velut]ponit exemplum[de loco].ſ.vacuo [in eo poſitis]quia vinee tenebuntur creditori cum mutatio loci nõ impedit obligationem pignoris:vt.ff.de pigno.act.l.ſi conuenerit.in fi.⁊.l.ſeq.⁊.ff.eo.l.paulus.§.domus.ſecus eſt in vſufru. quia rei mutatione tollitur vſufr.⁊ ſic ſoluit contra.ff.qui.mo. vſufru.amit.l.repeti.§.rei mutatione.

1 ☞ Hypothecaria datur cõtra poſſeſſorẽ q liberatur ſi ſoluit vel reſtituit:alĩs cõdamnabitur:⁊ ſi fuerit cõtumax in litẽ iurabit tam pro re ꝙ pro fructibus extantibus.

1 In vendicatione. †In.§.iſto tractatur de hypothecaria act.que cõpetit creditori contra poſſeſſorem qualiter in ea ſit facienda cõdemnatio: ⁊ dicitur hic ſi obligata eſt tibi res pignori vel hypothece:⁊ tu cecidiſti a poſſeſſione ⁊ alter poſſideat eam poteris vendicare actio.hypothecaria. nam datur hypothecaria contra poſſidentem:⁊ illum qui dolo deſiit poſſidere. ſi autem non poſſidet vel dolo non deſiit poſſidere conuentus hypothe.abſoluitur. Item ſi poſſidet ⁊ vult rem pignori datam reſtituere vel pecuniam ſoluere: abſoluitur alias condemnatur rem reſtituere: ſed ſi velit reſtituere et non poteſt quia res abeſt:qz tunc debet cauere ſe reſtituturum ⁊ ſi cauerit abſoluitur: ſed ſi aliquis poſſidet vel dolo deſiit poſſidere condemnabitur quantũ in litem iuratum fuerit.nam hypo.eſt in rem tantũ in ea iurat in litẽ:ſicut in ceteris ꝯtractibus bonefidei:qz plus venit in hypo.quam in perſonali act.⁊ iudex coꝛã quo agitur hypo.non ſolũ debet arbitrari de re reſtituẽda:imo ⁊ de fructib⁹.

perceptis ante litē cōteſt.⁊ poſt litē cōteſ.nā de fructibus perceptis ante litē cōteſt.ſi nō extarent non poſſet aliquid arbitrari.h.d.iſte.§.videatis expoſitionē litere[in vendicatione pignoris]ſub vel hypo.⁊ ſub.q̄ fit p hypothecariā act.nā ſicut p rei ven.vēdico rē meā:vt.ſ.de rei vē.l.in rē.ita p hypo.vēdicu rem mihi obligatā: q̄ pignoris vel hypo.pſecutio eſt in rē vt hic ⁊ ſ.e.l.pignoris perſecutio.⁊.C.e.l.pignoris.[querit]ſub.añ litez cōteſt.⁊ ideo in qualibet reali que datur ad poſſeſſionē querit:vt.ſ.de interro.act.l.q ſeruū.§.in rem.[actū eſt hypo.]nā tenetur hypo.qui poſſidet vel q dolo deſiit poſſidere: q̄ ⁊ dolus p poſſeſſione habetur:vt.ſ.de reg.iu.l.parem.[debet]ſub.diffinitioe per ſententiā[reſtituat]ſub.creditori[⁊que abſoluendus eſt]ab obſeruatiōe iudicii:vt.ſ.qui.mo.pig. vel hypo.ſol.l.paulus.in fi.[ſequitur] ex quo poſſidet.ſub. vt rem reſtituat qd̄ ſi nō reſtituit iurat cōtra eū in litē vt ſtatim.ſ.dicit.[explicari]vt inſtit.de offi.iudi.§.vlti.[nam ſi cauit] de re reſtituenda abſoluitur ab obſeruatione iudicii[ſumma aūt ope niſus]q.d.laborauit quantū potuit querere ⁊ nō potuit rē reſtituere: ⁊ hoc eſt qđ dicit non poſſit ⁊c.[iurauerit]ſine omni taxatiōe facta a lege ſꝫ faciēda a iudice:vt.ſ.de in li.iurā.l.videamus.[in rē actionibus]nam hypo.eſt in rem ⁊ in realibus iurat in litē:vt.ſ. de in lit.iuran.l.in actionibus.[cōſequet]q.d.parū prodeſſet. Sꝫ opp.⁊ videt q̄ creditor nō dꝫ iurare in litē:q̄ non debet plus aſſequi creditor q̄ ſit ſuū debitū:vnde videt ꝫ.ſ.eo.l. ſi inter colonū.§.ſi. Ad qđ vos dicetis hic non iuratur in litem:q̄ poſſeſſor fuit in dolo ibi nō fuit l doloſiue culpa:vel hic de extraneo cōuento loquit ibi de debitore conuento. ⁊ ad hoc eſt ar.ſ.e.l.§.ſi pluris.⁊ ſm hoc nō cōtradicit ſed ꝫcordat: hec eſt vera ſol. Alii dicunt q̄ hic.§.loquitur cum res que petit hypo.deducit in iudiciū per iuſiurandū quo caſo debitor debet ſoluere penā. ibi loquitur cūꝫ ſine ſacramento lis decidit. Alii dicunt q̄ hic loquit de pignore:ibi de hypo.ſꝫ iſta ſolu.nō videt bona.vt ar.ſ.e.l.res hypothece.§.vlti.⁊ inſti.de act.§.itez ſeruiana.[lis inchoata ſit].i.cōteſtata:q̄ ante li.cōteſt.⁊c.vt.ſ.rem ra.ha.l.amplius[niſi extiteret res]q.d.ſi perceperit fructus ante lit. cōte. bona fide ⁊ cōſumpti ſunt non tenet:ſꝫ ſi extant fructus tenet vt.C.de peti.hered.l.iii.§.poſt lit.conteſt.

a ¶ Rē alienā. Adverte q̄ res aliena nobis debita pt̄ obligari a nobꝫ vt no.bar. in.l.creditor.§.i.ſ.q pot.in pig.ha. Adde q̄ l p̄iudicia vendētis nō dni vēdi pt̄.Bar.in.l. mr̄ tua.C.de rei vē.⁊ nūqđ res aliene inducte in domū ſint tacite obligate. bar.in.l.item q̄.ſ.de pac.

b ¶ Poteſt ita bart.hic dicit eſſe caſus no. ⁊ ſingulares.

Creditor.

In.§.iſto ðr:obligaſti mihi rem aliquā pignori egi cōtra poſſidentem hypo.⁊ obtinui in hypo.⁊ fuiſti mihi cōdemnatus rez reſtituere:poſtea cecidiſti a poſſeſſione ⁊ rediit ad eū qui ſuccubuerat: nunqd habeo rei vendi. Rñ. q̄ non ſed habeo hypo.⁊ iudicati. ſi opponat exce.rei iudi.replicabo q̄ fuit iudicatū p me nō pro eo: vñ illa ſententia debet mihi prodeſſe.h.d.iſte.§.videatis expoſitionem litere[per ſententiā adiudicatā] verbū decretiſtarū ſed impropie loquit q̄ nō datur in ſolutū in hypo.ſꝫ reſtituit:deberet dicere ꝓprie per ſententiā[nō pōt] q̄ pignus manet in bonis debitoris:vt.C.de pigno.act.l.pignus.[agere pōt]etiaꝫ poſt ſententiā nō ob.q̄ per ſniam fit nouatio:vt.C.de vſur.rei iudicate.l.vlti.⁊ nouatio eſt ⁊c.vt.ſ.de noua.l.i.⁊ ar.C.de arbi.l.ne in arbitris. q̄ eſt verū in nouatiōe volūtaria: ſꝫ in neceſſaria non:q̄ debet eius cōditio fieri melior ⁊ non deterior: quia euidenter iniquiſſimū eſt ⁊c.vt.ſ.de except.rei iudi.l.euidenter iniquiſſimū eſt. vel dicatis lꝫ fiat nouatio cum vetus actio dat vt hic dicitur[a poſſeſſore]primo q̄ adhuc poſſidet[poſſidet] ſcꝫ creditor[ſi ſm eū].ſ.creditorē[iudicatū non eſt]ſed eſſet iudicatū pro poſſeſſore: verū q̄ nō pro poſſeſſore ſed p creditore fuit iudicatus poſſeſſor nō poterit excipere de re iudicata:quia euidenter iniquiſſimum eſt ⁊c.vt in preallег.l.euidenter.

Si pluris cōdemnatus ſit debitor.

In.§.iſto dicitur debitor cōuentus act.hypo. p re hyp. a creditore: ⁊ q̄ eā cō reſtituebat iuratū eſt in litē ꝫ eus ⁊ plus cōdemnatus eſt q̄ faciat ſors cum vſuris: nunquid ſi vult ſoluere ſortē cum vſuris:liberabitur hypo.de rigore iuris niſi ſoluat totū debitū de quo iuratum eſt.ſed de equitate liberabitur ſi ſoluerit ſortē cū vſuris.hoc dicit iſta lex:videatis expoſitionē litere[condemnatus ſit debitor]ſub .conuentus acti. hypot. [⁊ inde pecuniā] deductā in condemnatione[ſed humanius eſt]ſub.de equitate[reuera].i.in ꝟitate no.q̄ equitas preualet rigori iuris accedit q̄ habuiſtis.ſ.de eo q̄ certu lo.da.opꝫ.l.q ſi ephesi.§.interdū.item no.cuꝫ agitur actio.hypo.ſi agitur cōtra debitorē debet cōdemnari ſi nō reſtituit quantū eſt ſors cū vſuris:non quantum in litem iuratur:⁊ ſi ſoluat liberat hypotheca vel pignus:⁊ ipſe debitor vt hic:⁊.ſ.e.l. ſi inter colonū.§.vl.niſi ex alia cauſa deberetur pecunia creditori.nam tunc pro alia pecunia q̄ ſibi debetur pōt retinere pignus: ⁊ ſic intelligit l.cōtra.C.etiā ob cy.pe.pig.reci.poſ.l.vnica. ⁊ ibi dixi videlicet ſi ſoluat ſortē cum vſuris liberatur pignus: niſi ex alia iuſta cā deberet pecunia creditori.C.etiā ob cy.pe.l.vna.vel aliud ante ſententiā hic poſt:ſed ſi agitur cum extraneo poſſeſſore hyp. actio, tūc niſi ſoluat creditori vel reſtituit rem poſſeſſor extraneꝰ condemnabitur inquātum in litem iurabitur vt.ſ.e.l.§.in vendicatione.

a

Aliena res.

In.§.iſto dicitur rem alienā ᵃnō poſſum pure pignori obligare:ſed ſi obligo rem alienam ſub conditione ſi fuerit facta mea valet obligatio conditione extitente: non in defectum conditionis hoc. d. iſte.§.videatis expoſitionem litere[ſub conditione ſi debitoris facta fuerit]ſub.⁊ non pure ſine domini voluntate.vt.ſ. de pigno.actio.l.aliena res.in pinci.⁊.l.ſeq.⁊ dixi.ſ.eo.l.i. in pinci. q̄ eadē ⁊c.vt.C.que res pig.ob.poſ.l.q̄ol filios.ſed rem meā propriam pure ⁊ ſub conditione poſſum obligare vt.ſ.e.l.res.ſicut non poſſum rem meam propriam emere pure ſꝫ ſub cōditione ſic.vt.ſ.de cōtrahen.emp.⁊ ven.l rei ſue.ſic ⁊ nō poſſum ſtipulari rem meam pure mihi dari:ſed ſub cōditione ſic vt.ſ.de verbo.oblig.l.nemo rem ſuam ſic.ſ.de leg.i.l.cetera.

Si duo.

In.§.iſto dicitur:duo ſimul rem aliquam pignori acceperunt:nunquid intelligitur cuilibet obligata pro quantitate quā mutuauerunt:an cuilibet pro dimidia. Reſpon.iuriſcō.ſi mutuauerunt diuerſas quantitates tunc cuilibet videtur obligata pro quantitate mutuata. ſi autē eaſdem quantitates mutuant ſimul eodem die tunc intelligit cuilibet obligata inſolidum. Si autē ſimul duobus eſt obligata illi ⁊ illi:ſi actum eſt vt vtriqꝫ ſit obligata inſolidum cuilibet, inſolidum erit obligata:alś cuilibet p parte. hoc dicit iſte.§.videatis expoſitionē litere.[ſi duo pariter].i.ſimul eodē momēto.[dimidias queritur]hoc eſt cuilibet ſola dimidia pars pignoris ſit pro indiuiſo obligata.[dicendum]vt qoilibet agat ꝫtra poſſeſſorem inſolidū pro toto pignore.[pro parte]ſcꝫ dimidia rei obligate.accedit.ſ.e.l.ſi debitor.

t ¶ Pactū valet vt debito non ſoluto creditor habeat pignꝰ iuſto pretio emptum.

b

t

Poteſt ita fieri.

ᵇ†In iſto.§.dicit obligaui rē meā pignori vel hyp. hoc pacto vt ſi ad diem nō ſoluerem res eſſet empta creditori quanti iuſto pretio valeret tale pactum valet:⁊ hoc caſu videt cōditionalis venditio.hoc dicit iſte.§.videatis expoſitionē litere. [tempus]pone annum[poſſideat]ſcꝫ creditor.[conditionalis venditio]ſi infra illud tēpus nō ſatiſfecerit debitor creditori. Dn̄s pignori no.hic duo not.primo ſi obligarē rem meam ⁊c. vt dixi in caſu ⁊.ſ.de peri.⁊ cōmo.rei ven.l.neceſſario.§.q̄ ſi pendente. Sed ſi tibi mutuo.x.⁊ obligas mihi rem ⁊ cōuenit inter nos vt ſi ad diem non ſoluas res ſit mea:nō valet hoc pactū:q̄ eſt pactum.l.cōmiſſorie.vt.C.de pac.l.pignus.⁊.ſ.de pact.cō. in pig. res.l.i.⁊ vlti. Item no.regulariter non emo rem tuam niſi pcio determinato vel niſi in arbitriū certe perſone pretium conferatur.vt.C.de contrahen.empt.⁊ vend.l.vlti.⁊.ſ.lo.⁊ con.l. merces.in princip.ſpeciale tamē eſt in caſu qui ponitur in §. iſto vt iuſto pretio habeam rem tuam emptam determinando pretiū arbitrio boni viri:⁊ intelligitur bonus vir.i.iudex.vt.ſ.de verb oblig.l.communis.§.cum ita.

t ¶ Actio hypothecaria eſt in rem.

ſ

Pignoris perſecutio.

†In iſta lege dicitur:ſi obligas mihi rem pig.pro illa re habeo hypo. actio.que eſt in rem.hoc dicit iſta lex:videatis expoſitiones litere:ſi exponatis pignoris vel hypo.[in rem] vel hypo.que eſt in rem[creditori]concor.C.eod.⁊.l. pignoris. ⁊ que ibi dixi hic repetas.

Si ab eo.

In lege iſta dicitur: ſi emiſti rem a non domino bona fide ⁊ nondum ſuſcepiſti:⁊ habes ſic publicianaꝫ ſi tu obligas mihi illam rem:nūquid valet talis obligatio:certe ſic.vnde ſi aduoco a poſſidēte:ſicut pretor tuetur debitorem contra quemlibet poſſidentē preterq̄ contra verum dominum:ita me tuebitur per hyp.actio.cōtra quemlibet poſſidentem preterq̄ contra verum dominum.hoc dicit iſta lex videatis expoſitionē litere[vti poterat]quia emit a non domino:vt. ſ. de publi. l. i. [per ſeruianam]id eſt quaſi ſeruianam que hypo.vocatur: vt inſtitu.de actio.§.item ſerui.[per publicianam] quia tuetur cōtra quemlibet poſſidentem preterq̄ cōtra verum dominum vt ſ.de pu.l.penulti.⁊ vlti.⁊ ſic ego creditor habebo hypothecā. contra communem preterq̄ contra verum dominum:quia nemo plus iuris poteſt in alium transferre q̄ in ſe habeat vt.ſ.de acquiren.rerum domi.l.traditio.⁊ quia his defenſionibus vtitur emptor quibus venditor vt.C.de euict.l.emptori.⁊.ſ de peri.⁊ cō.rei vendi.l.i.⁊ tandiu tuetur hypothe.creditorem q̄ ẽm pub.debitorē:vt.ſ.eo.l.grege.§.cum pignore.et.ſ.de leg.ii.l.pecto.§.predium.

QUi pignori. In. l. iſta d: tu obligaſti mihi ſimul. xx. res pro. xx. poſtea vis ſoluere. v. ⁊ vnā recolligere: nunqd cogor vnam liberare: certe nō niſi oēs res tuas. h. d. iſta lex videatis expoſitionem litere. [debetur.] qꝛ particularis ſolutio non liberat debitorē niſi aliud ꝯuenit: vel ſi debitū nō eſt liquidum vel fauore libertatis: probatur. ff. de vſu. l. tutor. §. lucius ⁊ C. de diſtra. pig. l. ꝙ diu. ⁊ ff. verbo. obl. l. in executione. § pe. ⁊ ff. ſi cer. peta. l. quidam eſtimauerunt.

CUm conuenit. In lege iſta dicitur ſi aliquis mutuauit tibi decem ad edificiū reficiendū ⁊ conuenit inter te ⁊ eū ꝙ illud edificiū eſſet ſibi pignori obligatū cōtra cōductorem habebit act. ex locato: quēadmodū ſi obligas nomen debitoris contra eū habeo perſonalē act. hoc dicit iſta lex. videatis expoſitionē lrē [recipiat] qꝛ habet edificiū tacite obligatum: vt. ff. in qui. cau. pi. ta. ꝯ. l. j. [accipiet] vt. ff. e. l. grege. §. cum pignori. ⁊ argu. C. de here. vel act. vend. l. poſtꝙ [dedit] vt. C. que res pig. ob. poſ. l. ij.

☞ Pignus cōtrahitur per procuratorē vel geſtorē a ratihabitione ſecuta.

SI inter colonum. † In principio huius legis dicitur: procurator meus me mandāte locauit fundū colono ⁊ conuenit cū colono ꝙ res talis eſſet mihi pignori obligata pro decē: illā cōuentionē ratā habui: nunqd perinde eſt ac ſi inter me ⁊ colonum cōueniſſet vt detur mihi vtilis actio hyp. Reſpō. ꝙ ſic. hoc dicit prin. huius legis: videatis expoſitionē litere. [conuenit de pignore.] ⁊ exponitur duob⁹ modis ⁊ ſic ſoluitur contra. qđ hic ſignatur cōuenit de pignore dādo colono rem meā qđ eſſet ei obligata ne eum deijcerem: ⁊ iſta expoſitio caret omni contrario vel exponatis ꝯuenit de pignore. ſ. vt res coloni eſſet obligata pro penſione. ⁊ iſta expoſitio habet contra quia videtur innuere ꝙ ex pacto procur. hyp. queratur domino fundi: cum per liberā perſonā ⁊c. vt. ff. de pig. act. l. ſolutum. §. per liberā. ⁊ C. per quas per no. acqui. l. j. ad quod vos dicetis: queritur act. hyp. domino fundi ꝑ procurat. facta ceſſatione a procuratore vt. ff. de acquir. poſ. l. poſſeſſio quoque. ⁊ ſic intelligit principiū huius legis: al's ſecus ſi nō eſt facta ceſſio vt in. l. contra. vel dicatis per ꝓcuratorē queritur actio hyp. domino ſi erat preſens. vt. ff. de verb. obl. l. ſi procurator preſenti: ⁊ ſic intelligitur hic: ſed directa contraria vt in. l. contra vel dicatis ꝙ hic eſt ſpeciale.

Si debitor. In. §. iſto dicit quidā emit ſeruum a nō dn̄o bona fide ⁊ illū ꝑ decē pignorauit: nunqd creditor poterit agere hypo. cōtra debitorē: certe ſic: ⁊ ſi diceret ꝙ nō licebat ſibi pignorare q̄ alienus eſt: ⁊ ſic nō tenuit obligatio: creditor replicabit ꝙ nō lꝫ ſibi allegare turpitudinē ſuā. hoc dicit iſte. §. videatis expoſitionem litere. [eum.] ſcꝫ debitorem [agat] act. hypo. [doli replicatione] vt dixi in caſu [excep.] ſcꝫ ꝙ ſibi nō licebat pignorare rē alienā. vt. C. ſi res ali. pi. da. ſu. l. vlti. ⁊ habet rationes vt. ff. e. l. fundus. in prin. ⁊ facit. ff. de rei ven. l. ſi a titio.

Quicquid. In. §. iſto dicitur ſi obligaſti mihi res pignori ⁊ in re pignorata accedit fortuito caſu ꝯmodū vel incōmodū: hoc pertinet ad debitorem. h. dicit iſte. §. videatis expoſitionē litere. [fortuito] ſcꝫ caſu [pertinet] facit. ff. cōmo. l. ſi vt certo. §. nūc videndum. ⁊ eſt verum ꝙtum ad proprietatem: ſed ad creditorem pertinet quantū ad hypo. puta ſi fundus augetur per alluuionē: vt. ff. e. l. ſi fund⁹. in prin.

Si res. In. §. iſto dicitur: ſi ago hyp. pro re aliqua mihi obligata ⁊ conuentus ⁊ cōdemnatus nō reſtituit quanti eſtimabitur lis cōtra eū ſi eſt extraneus poſſeſſor quanti in litem iurabo: ſi eſt debitor quāti eſt ſors cum vſuris: qꝛ non plus intereſt creditoris [debitorem] ſubaudi ſit eſtimatio [ꝙuis poſſeſſoris] ſcꝫ extraneum [ꝙ quāti debet] cū vſuris. ac cedit. ff. e. l. ſi fundus. §. ſi pluris. [pignoratitia act. debitori] nec ob. ff. e. l. ſi fundus. §. in vendicatione. vt. ff. dixi. ⁊ ff. de pig. l. pignore ſurrepto.

SI titio. In lege iſta dicitur: titius me ignorāte obligauit rem meam tibi ego titio heres exiti: nunquid pignus conualeſcit ex poſtfacto: certe ſic: vt detur vtilis hypo. nō directa. hoc dicit iſta lex: videatis expoſitionē litere. [nō ꝯualeſcit.] nam directa ideo non datur: qꝛ res nō fuit in bonis debitoris tpe obligationis: vt. ff. e. l. ⁊ que nondū. §. qđ dicit [creditori] ſed cōtra. ff. de pig. act. l. qui rem alienā. Reſpon. hic creditori ignoranti rem alienam tempore obligationis obligauit: vnde datur ei vtilis: ſecus ſi ſciēti creditori obligauit vt in. l. ꝯtra. ⁊ dixi plene. ff. e. l. j. vel illud de rigore iuris: iſtud de equitate: vt. arg. C. de rei ven. l. cum a matre. ⁊ C. de rebus alie. non alie. l. creditori.

CReditor. In. l. iſta dicitur: ſi aliqua ꝑdia ſunt mihi pignori obligata illa locare poſſum: vt vnum ſciatis ꝙ obligatio pignoris poteſt cōtrahi inter preſentes ⁊ abſentes. hoc dicit iſta lex videatis expoſitionem litere. [poterit] et fructus quos inde percipiet computabit in vſuras ⁊ in ſortem: vt. C. de pigno. act. l. j. ⁊ ij. [abſentes] nedum inter preſentes [obligatur] i. contrahitur cum fiat ſolo conſenſu vt. ff. e. l. contrahitur vt. ff. de actio. ⁊ obli. l. conſenſu.

☞ Emere prohibitus non prohibetur pignora accipere.

IN quorum finibus. † In lege iſta ponit talis caſus poteſtas hui⁹ ciuitatis ꝑcepit alicui ne in iſta ciuitate res aliquā emat: nec eius territorio: nunquid in ciuitate boñ. ⁊ eius territorio poterit res pignori accipere: certe ſic. hoc dicit iſta lex: videatis expoſitionem litere. [prohibetur] a iudice [non prohibetur] qꝛ cum in vno prohibet in alio videtur permitti. vt arg. ff. de iudi. l. cum pretor. ſecus cū ꝓhibetur aliquis a lege rem emere in territorio boñ. qꝛ per cōſequens prohibetur rem pignori accipere: vt. C. de rebus ali. nō alie. l. vlti. ⁊ ff. de contrahen. empt. ⁊ ven. l. non licet. ⁊ l. qui officiū. ff. que res pig. ob. l. j. §. cum rem.

CUm vitioſe. In. l. iſta dicitur: ſi vitioſe accipio pignus vł hypo. vel etiam inutiliter non poſſum vti retētione pignoris: ⁊ ſi pign⁹ peruenerit ad fiſcū fiſcus vti retētione pignoris nō poterit. h. d. iſta lex videatis expoſitionē litere [cum vitioſe vel inutiliter] vt qꝛ accipio pignus a pupillo ſine decreto vel ab adulto ſine curatore vel etiam mulier interceſſit ꝯtra velleia. vel filiuſfa. accepit pecuniā mutuo ꝯtra ſena. con. mace. [non eſt] qꝛ cum quid prohibetur ⁊c. vt. ff. de dona. inter virum ⁊ vxorē. l. ſi ſpōſus. §. ait oratio. ⁊ qꝛ qđ ſit vitioſe nō vr̄ factum vel datū vt. ff. de re. iud. l. is q ſe non obtulit. §. cōdemnatū. ⁊ ff. q ſatiſda. cog. l. quoties. [pertineant] ſic vt. ff. de rebus eorū. l. j.

FIdeiuſſor. In lege iſta dicitur: tu accepiſti mutuo. x. ⁊ fideiuſſi pro te: ⁊ dediſti pignora venit dies ſolutionis qꝛ nō ſolueras impetraui a iudice ꝙ volebā poſſidere pignora: ⁊ ſoluere: poſtea non ſolui: heres tuus eſt paratus ſoluere creditori: nunquid fideiuſſor tenetur reſtituere ei pignora: certe ſic. h. d. iſte. §. videatis expoſitionem litere. [a poteſtate] i. ab aliquo magiſtratu qui habebat ius imperandi [poſſideat] quia erat obligata creditori. [nec ſatiſfecit] idem ſi ſatiſfecit vt. C. de dolo. l. j. [cogendum eſſe] vt. ff. e. l. ij. ⁊ ff. de neg. geſ. l. fideiuſſor. ⁊. ff. mā. l. mandato titij.

Pater ſeij. Paterfa. ſeiū filiū ſuū emācipauit dū acciperet mutuo pecuniā a ſeptitio creditore: ⁊ de hoc fieret cirographus: domū filij obligauit: vocauit filiū ⁊ dixit ei: nō ſum bñ diſpoſit⁹ ad ſubſcribendū huic cirographo vn̄ tu ſubſcribas manu tua: fili⁹ ſubſcripſit ſua manu: nūqd iſta ſubſcriptio nocet filio vt dom⁹ eius teneatur pignori vel hypo. ſi poſtea abſtinuit ab hereditate patris: ⁊ certe videt ꝙ nō noceat ei: qꝛ ſubſcripſit vt teſtis nō intēdēs domū ſuā obligare: ſꝫ certe dicit iuriſcō. ꝙ ex q̄ ſubſcripſit ſua manu ꝙ domū ſuā obligabat videt ꝯſenſum accōmodaſſe. h. d. iſte. §. videatis expoſitionem litere [ſub ꝯmemoratione] i. ſub obligationē. [ſcripſerat] ſciēs eā obligatā ⁊ ei ꝯſenſum accōmodauit. [manifeſtū ē] vt. ff. q. mo. pig. vel hypo. ſol. l. luci⁹ titi⁹. §. paulus. ⁊ l. ſicut. §. nō vr̄. ſecus tñ eēt ſi ignorās domū ſuā obligatā ſubſcripſit vt teſtis: qꝛ tunc ſibi nō ꝑiudicat. vt ar. ff. de le. ij. l. titia. §. lucia. ⁊ plene dixi de materia iſta. ff. de pig. ac. l. caius q̄ ſignat huic legi ꝯ: vn̄ amplius hic non dico.

Lucius titius. In. §. iſto d quidā lucius titius noīe predia ſua ⁊ mancipia poſita in prediis obligauit: poſtea deceſſit pluribus heredibus relictis, heredes inter ſe diuiſerunt predia ⁊ mancipia ⁊ alia mancipia in locū defunctorū in illis ꝑdiis ſubſtituerūt: tandē creditor ex pacto vel ex. l. ꝑdia illa cū mācipiis diſtraxit: nunqd emptor mancipia poterit vendicare. Rñ. iuriſcō. ſi illa mancipia nō fuerūt pignorata nec nata ex obligatis qđ nō poterit vēdicare: alias ſic. h. d. iſte. §. videatis expoſitionē litere. [obligata eſſe.] ergo ex pacto vł ex lege nō potuit diſtrahere creditor vt inſti. qui. ali. li. vel nō. §. creditor. ſed ſi eſſent obligata ⁊ emptor haberet rei vē. vt. ff. e. l. paulus. reſpon. §. j. ⁊ ff. de acqui. re. do. l. non eſt nouum.

SEruum quem. In. l. iſta d: obligaſti mihi ſeruū pignori poſtea ex leui cā eū ligaſti: poſtea diſſoluiſti eum qꝛ nō ſatiſfaciebas mihi vēdidi eū minori ꝑtio qꝛ eū ligaſti nūqd cōpetit mihi aliqua act. ꝯ te. certe ſic. prima ad id ꝙ

deeſt mihi de creditoꝛ:ſed qd ſi interfeciſti eũ vel eluſcaſti eũ:nũquid teneris mihi:certe ſi interfeciſti eũ teneris ad exhibendũ ſi eluſcaſti teneris.l.aql. ad intereſſe: ſʒ ſi debilitaſſes eũ ⁊ actio mea eſt extincta tpe:ſi feciſti in non merentem teneris: ſi feciſti in merentẽ nõ teneris:q2 licuit tibi ſeruũ tuũ corrigere.h.d.iſta lex videatis expoſitionẽ;litere[vincit] id eſt obligauit[minoris] ꝙ eſſet debitũ.cuꝫ anteꝙ ligaret valebat tantũ ꝙtum erit debitũ[vẽdidit]ex pacto vel ex lege[tenetur]quaſi dolo deſierit poſſidere:q2 fecit illud per qđ non põt exhibere:vt.ſ.ad exhi.l.iul.ſcribit ſi quis hoiem[intereſt]ſub. ſi debitoꝛ nõ eſt ſoluẽdo.vt.ſ.ad.l.aqui.l.q occidit.§.pignoꝛi[ſi merentẽ].i.dignũ [nõ tenebitur]debitoꝛ emptoꝛi.l.aqui.vñ habetis hic q ſʒ debitoꝛi ſeruũ ſuũ vincire merentẽ : ⁊ non tenet creditoꝛi.ꝯcoꝛ.ſ. de leg.i.l.quid ergo.§.heres.⁊.ſ.de ver.obli.l. qui ſeruum.

Si legati.

In.l.iſta dicitur mihi ſiliofamil. aliqua res fuit ſub conditione legata pendẽte cõditione pater meus accepit reſ ꝓ parti heredis pig.ꝓ re legata mihi preſtãda adueniente ꝯditione poſtea pr̃ meus mortu⁹ eſt vel ſum emãcipat⁹ poſtea extitit cõditio cui ꝯpetit actio hypo . certe nõ mihi nec patri vel heredi eius : ſicut ſi pr̃ meus ꝓ re mihi legata ſub cõditione accepiſſet fideiuſſoꝛem non tenet fideiuſſoꝛ.h.d.iſta lex videatis expoſitionẽ litere[dicitur]dato ꝓ legato ꝯditionali facto filiofa. Or ſignoꝛi not . in lege iſta differentiã eſſe inter ſtipulationẽ cõditionalem ⁊ legatũ cõditionale in ſtipulationibus cõditionalibus factis a filiofa.inſpicimus tp̃s ſtipulatiõis vt debeatur patri.vt.ſ.de verb.obli.l.ſi filius.in legatis cõditionalibus inſpicimus tp̃s quo cedit dies legati:vt hic probatur. ⁊.ſ.de regu.iur.l.que legata.

☞ Obligatio generalis facta a defuncto non porrigitur ad bona heredis.

Paulus reſpondit.

†In.l.iſta dicit ſi aliqs obligat mihi gñaliter oĩa bona ſua illa que ſunt queſita tunc:⁊ poſtea ab eo ſunt obligata : ſed ea ꝗ ſunt poſtea queſita ab herede eius ex alia cã non intelligunt obligata creditoꝛi.hoc dicit princip.huius legis videatis expoſitionem litere[pignoꝛum]pꝛeſentiũ ⁊ futuroꝛũ.vt.ſ.eo.l.i.in prin. ⁊.l.⁊ que nondum ſunt.in princ.[teſtatoꝛis] q2 hec nunquam fuerunt in bonis teſtatoꝛis quod eſt neceſſe vt.ſ.eod.⁊.l. que nondum ſunt.§.quod dicitur.

Si mancipia.

In.§.iſto dicit ſi obligaſti mihi mãcipia pignoꝛi ꝗ nata ſunt ex eis mihi tenent ſiue dictũ fuit ſiue nõ : qđ eſt verũ ſi mancipia pertinebãt ad obligantem vel eius heredẽ: ⁊ ediderunt apud eundẽ:ſi aũt apud aliũ dñm ediderunt non tenent mihi. h.d. iſte.§. videatis expoſitionẽ litere[ceciderint].i.obligata fuerũt [habenda ſunt]accedit.ſ.eo.l.ſeruuꝫ. ſimiliter ſi obligas mihi prediũ ⁊ fructus ⁊c.vt.ſ.e.l.i.§.cum prediũ.[agnata]id eſt nata[eoꝛum]ſcilicet natoꝛum[peruenit]vt.ſ. qui po . in pigno. hab.l.potioꝛ.§.ſi defuncta.

☞ Superficies ſolo pignoꝛato impoſita cadit i obligationẽ.

Domus pignoꝛi.

†In.§.iſto dr̃ ſi obligas mihi domũ pignoꝛi ⁊ illã cõburit:poſtea areã emit lucius titius ⁊ domũ extruxit : nũqd domus illa eſt mihi obligata.R̃ñ.q ſic:q2 edificium cedit ſolo veruntñ bonefidei poſſeſſoꝛ non tenet edificium aliter reſtituere niſi refundã ei ſumptus factos in edificio:quatenus domus pretioſioꝛ eſt facta.h.d.iſte.§. videatis expoſitionẽ litere[cum iure pignoꝛis]q2 edificiũ ſequitur ſolum:vt.C. de rei ven.l.ii. ⁊ facit.ſ.de pig.act.l.domo.⁊.ſ.e.l.ſi fundus.§.ſi res.⁊.ſ.eo.l.vlti.[recuperare]vnde in tantum poterunt vti retentione.vt.ſ. de condic.indeb.l.ſi in area.

Si ſciente dño.

In.§.iſto dicit ſi ſeruus tuus te ſciente ⁊ volente oĩa bona tua obligauit pignoꝛi:iſta obligatio valet ⁊ tenetur ſeruus ⁊ tibi pꝛeiudicat.hoc dicit iſte.§. videatis expoſitionem litere[pignoꝛis iure]nam ſeruus rem domini obligare põt eo ſciente: vt.ſ.de pigno.acti.l.i.

☞ Creditoꝛ qui vendidit iure creditoꝛis non tenetur de euictione ſed ſolus vt probet ſibi rem obligatam fuiſſe.

Periculum.

†In.l.iſta dr̃ ſi aliquis vendit tibi nomen quod habebat cõtra debitoꝛẽ ſuũ qui obligauerat ſibi pignoꝛa ⁊ perierũt pignoꝛa periculũ pertinet ad emptoꝛem ex quo apparet illũ debitoꝛẽ ⁊ res illas obligatas fuiſſe.h.d.iſta.l.videatis expoſitionẽ litere[fuiſſe]q2 venditoꝛ nominis non debet preſtare debitoꝛem locupletem : ſed debet preſtare eum debitoꝛem:vt.ſ.de heredi.vel act. vend.ſi nomen:⁊ quia omne cõmodum ⁊ incõmodũ perfecta emptione pertinet ad emptoꝛẽ.vt.ſ.de peri.⁊.cõ.rei ven.l.id.qđ poſt ⁊.l.neceſſario.

Ex vectigali fundo.

In.l.iſta dicit tu cõduxiſti fundũ vectigalẽ a ciuitate vel a municipio:⁊ fuit dictũ ſi intra certũ tempus nõ ſolueres vectigal q ciuitas vel municipiũ poteſt fundum vendicare:poſtea illuꝫ fundum obligaſti pignoꝛi nunqd tenet obligatio:certe ſic ſi ſoluiſti vectigal.verũtamen ſi debitoꝛ ⁊ creditoꝛ nõ ſoluit vectigal intra tempus ſtatutum ciuitas vel municipiũ poterit fundũ vẽdicare.nam cum creditoꝛ accepit fundum pignoꝛi eſt intelligẽdũ q accepit cauſa vectigalis ſalua.h.d.iſta lex videatis expoſitionem litere[lex vectigali fundo]⁊ dicitur ager vectigalis vt.ſ.ſi ager vec.vl̃ emph.pet.l.i.⁊.ii.[eſſe]q2 fundus vectigalis poteſt obligari ratione iuris quod habet ibi ꝯductoꝛ vt hic ⁊.ſ.e. l.grege.§.⁊ in ſuperficiariis.⁊.ſ.de pigno.act.l.tutoꝛ.§.ſed ſi lege.[euanuiſſe.].i.proſequi non poſſe vt arg.ſ.e.l.grege.§.ſtatuli.⁊ quia alienatio habet fieri cuꝫ cauſa ſua:vt.ſ.de leg.ii.l.peto §.qui prediũ.⁊.ſ.de contrahẽ.emp.l.alienatio:⁊ hic eſt lex in argu.ad cauſas feudales q ſi feudatarius obligauerit reꝫ pignoꝛi quam habet in fundo ⁊ poſtea cõmittit feloniaꝫ ⁊ ita perdit feudum qđ potioꝛ eſt cã domini ꝙ creditoꝛis.

Debitoꝛ pactus eſt.

Or ſignoꝛi aduertatis biñ legem iſtã:q2 iſta lex quotidie alleg.per me ad vnũ qđ ſuperficialiter intelligẽs nõ intelligeret:⁊ in lege iſta dicit:tu predia tua mihi pignoꝛi obligaſti eo pacto vt inuecta ⁊ illata tibi nata eſſent mihi pignoꝛi:poſtea cũ pars illoꝝ ꝑdioꝛum eſſet ſine colonis mandaſti actoꝛi tuo vt illa predia coleret ⁊ aliquos ſeruos tuos aſſignaſti neceſſarios culture:nũquid illi ſerui erunt obligati mihi.⁊ reſpõ.q ſic ſi cauſa perpetue agri culture induxiſti vl̃ deputaſti alr̃ nõ.h.d.iſta lex videatis expoſitionẽ litere.[impoꝛtata]veluti cũ iumento:vt.ſ.de verb. ſig.l. ferri.proprie[eaqꝫ].ſ.predia[ꝑpetuo].i.ꝙdiu eſſent ibi neceſſarie. vt.ſ.n.prox.l.predus.in fi.⁊ ad iſtud accedit.ſ.de pecu. l.id veſtimentum.⁊ idem eſt in legato ſi quis legat mihi fundũ cuꝫ mancipiis que ſunt in fundo:vt.ſ.de leg.iii.l.ſi fundus.

Is qui.

In lege iſta dicitur:tu promiſiſti mihi aut titio dare decẽ ſi ſoluis titio nõ potes repetere:ſed ſi dediſti ei pign⁹ poteris repetere anteꝙ ſoluas mihi q2 nõ titio:ſʒ mihi eras obligatus.h.d.iſta lex videatis expoſitionẽ litere[nõ põt] q2 adiecto poteſt ſolui vt.ſ.de verbo.oblig.l.vlti.§.cũ mihi ⁊ facit q habuiſtis.ſ.de conſti.pe.l.ſi filio.§.i.cum.l.ſeq.⁊.ſ.de ver.obliga.l.fin. §.qui ſibi.

☞ Nomine taberne venit vniuerſitas mercãtie que ibi exercetur:⁊ ideo cadit in obligationem que tempoꝛe quo agitur reperitur.

Cum tabernam.

†In lege iſta in ſui ꝑncip.ponit caſus talis debitoꝛ creditoꝛi ſuo tabernã pignoꝛi obligauit modo querit an merces inducte in tabernaꝫ intelligantur obligate:⁊ ſi ille erãt vendite et ex eis comparate ⁊ inducte i taberna an ſint obligate:⁊ ſi poſtea debitoꝛ deceſſit ⁊ rñ.q ſic ſi tempoꝛe mortis inueniuntur in taberna. hoc dicit ꝑncip.huius legis videatis literam.[cum tabernã.].i.ſtationẽ in qua erant merces ⁊ eſt nomẽ generale quia nõ tantũ cõtinetur caupona imo ⁊ tabernaculũ mercium vt hic:⁊.ſ. de iudi. l. heres abſens.§.i.[diſtraxerit].ſ.debitoꝛ[videnf]ſicut qui mihi tradit claues hoꝛreoꝛũ coꝛã hoꝛreis. nõ ea ꝗ ſunt in hoꝛreis videtur tradere:vt.ſ.de acquir.poſ.l.i.§.ſi iuſſerim.⁊.ſ. de cõtrahen.emptio.⁊ vend.l.clauibus.vnde no.q ea que ſunt inuecta ⁊ illata tpe obligationis illa ſunt obligata. Item ſi illa vendũtur ⁊ alia comparantur ex eis illa ſunt obligata que inueniũtur ibi tẽpoꝛe mortis vt hic.⁊ ad hoc eſt arg.ſ.de cõ.⁊ de.l.ſi filius ſue §.vlt.⁊.ſ.eo.l.paulus.§.ſi mancipia.ſed ſi heres poſt moꝛtem teſtatoꝛis aliquid diſtraxerit:⁊ aliquas merces induxit:illa nõ tenentur vt.ſ.eo.l.paulus reſpon.in ꝑncip.⁊.ſ.eo.l.ſi fideiuſſoꝛ. §.i.item.

Idem queſijt.

Quidã habẽt hic principiũ legis ⁊ incipit cum epiſtola. alii habent §.⁊ incipit ideꝫ queſiit in epiſtola.hic dicit ſi debitoꝛ miſit mihi epiſtolã in qua ſignificauit q ꝓ pecunia quam dederam ſibi obligauerat mihi tales res ſʒ illa epiſtola inuenitur ſine cõſule ⁊ die:⁊ licet ſignata non ſit:q2 inuenitur talis obligo pignoꝛis ſcripta manu debitoꝛis tenet ⁊ vꝫ.h.d.iſte.§.[epiſtola talis emiſſa ſit.]a debitoꝛe creditoꝛi in qua continebatur obligo ibi talem rem meã ꝓ.x.ꝗ mihi mutuaſti grecũ habetis hic. [vel tabule]i.qbus ꝯtinebat obligationẽ eẽ factã[nõ ſunt]q2 obligatio pignoꝛis ſolo ꝯſenſu ꝯhit vt.ſ.e.l.ꝯhit.ſecus eſt in inſtrumẽtis publicis.q2 ſine die ⁊ ꝯſule nõ valet.vt.ſ.de ẽdẽ.l.i.§.rõnes

Creditoꝛ

Creditoꝛ. In.§.iſto dī: obligaſti mihi pignoꝛi oīa bona tua pñtia et futura: accepiſti ab aliquo mutuo pecuniā: ita ꝙ in te eſt tranſlatū dñiū: nūquid illa pecunia eſt mihi obligata: Rñ.ꝙ ſic.h.d.iſte.§. videatis expoſitionē litere. [eſt] ꝛ hec obligatio eſt pignoꝛis hypo. [pmittiť] vt.ſ.eo.l.j.ꝛ.C.q̄ res pi.ob.poſ.l.vlt. vnde in generali obligatione bonoꝛum ſufficit probare quādocunqȝ in bonis debitoꝛis fuiſſe: ſi agitur hypo.ſ.eo.l.ꝛ que nondum ſunt.§. qđ dicitur.

SI **inſulam.** In lege iſta dicit: ſi obligaſti mihi pignoꝛi inſulā tuā: hoc pacto vt ſi ad diē nō ſolueres poſſem eā vēdere: illa eſt cōbuſta: tu aliā refeciſti: refecta eſt mihi eodē pacto obligata.h.d.iſta.l. videatis expoſitionē lre. [licuit vēdere] ſ.creditoꝛi ſm qđ iuriſc.loquiť creditoꝛi debetis hre.i.tuo [reſtituta] .i.illi loco alia ſuit poſita.idē.ſ.tuo pignoꝛis [eſt] alia lra dicit ſuo.ꝛ ſȝ hoc loquiť iuriſcōſultus emptoꝛi inſule. ꝛ ad iſtā l.accedit.ſ.de iudi.l.cū pponebať.ꝛ.j.de ſol.l.que res.§.areas.

In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacite contrahitur Rubrica.

Et de cōuētione pignoꝝ vel hypo.expſſa q̄ induciť pacto cōuento in ſuperioꝛi bene dictū eſt: verū qꝛ a lege ſine oī pacta pleruqȝ induciť tacita pignoꝛis vel hypo. obligatio certis caſibus: ideo poniť hec rub. vñ exponatio [Zbiť] ex ptīte legis ſine oī pacto: ꝛ q ſunt iſti caſus enumeranť in ſingulis legib⁹ hui⁹ ti.

Mutuanti in refectiones domus tacite eſt obligata ſiue domino ſiue conductoꝛi operis ſit ſoluta pecunia.

SEnatuſconſulto quod. In.l.iſta dī: ſi mutuaui tibi pecuniā ad domū reficiendā alı̄s cōſtruendā: nunqd illa domus videť mihi tacite hypo. Rñ.ꝙ ſic: ꝛ ideo potero a cōductoꝛe pēſionē petere: ꝛ ſi fecerit deterioꝛē potero experiri ex locato ꝛ ſi aliqua induxit in domū inuecta ꝛ illata erūt obligata pro pēſione ꝛ deterioꝛatiōe: ſȝ ꝛ ſi cōduco a te hoꝛreū vel diuerſoꝛiū: vľ areā tuā inuecta ꝛ illata ſunt mihi tacite obligata: quaſi id tacite cōueniť inter me ꝛ te: ſȝ in predı̄s ruſticis cōtra.obſeruať: qꝛ in illis inuecta ꝛ illata nō ſunt tacite obligata: ſed ea que ſcit locatoꝛ: ſed qd erit in ſtabulis: nūquid idē erit ꝙ ī vrbanis an ꝙ ī ruſticis: ꝛ certe ſȝ nō multū ab vrbanis differāt: ꝛ tñ idē erit in ſtabulis q̄tū ad tacitā obligationē pignoꝛis vel hypo.inducēdā qđ ī ruſticis predı̄s eſt.ſ.ꝙ nō videnť eſſe obligata q̄ ibi ſunt inducta niſi ſciēte locatoꝛe fuerit illata.h.d.iſta.l. cū duab⁹.l.ſe.vſqȝ ad.l.ſi gratuitā: videatis expoſitionē litere. [facta eſt] ſub.quo ſena.cō.dī pign⁹ ꝛc. [iſule] .i.dom⁹. [redēptoꝛi] .i.magiſtro q ſuis cemētis edificat.ſ.de rei vē.l.redēptoꝛes. [adminiſtrauit] vnde no.in pn.hui⁹ legis ſiue mutuo tibi nūmos ſiue do alı̄ te mādāte ob refectionē domus: illa dom⁹ eſt mihi tacite obligata vt hic ꝛ ſum priuilegiat⁹ in pſonalib⁹ act.vt.ſ.ſi cer.pe.l.creditoꝛ.ꝛ.j.de ceſſione bo.l.j.§.io q.accedit etiā in auť.de equa.do.§.is ꝯñs.ſitr ſi mutuo tibi in rē cōſtruēdam res illa tacite eſt mihi obligata.vt.j.q po.in pi.ha.l.interdū.cū.l.ſe. [nō ſolū] alı̄s incipit hic.§.pōp.ſcripſit ꝛ alı̄s incipit l.nō ſolū ꝛc. [erūt obligata] .ſ.tacite: vt.C.lo.ꝛ con.l. certi.ꝛ.j.l.pe.ꝛ ꝙ dictū eſt ī habitatoꝛe dom⁹: idē ē ī cōductoꝛe hoꝛreoꝝ vľ diuerſoꝛioꝝ.ꝛ hoc eſt qđ dicit.j.l.ſe. [vľ diuerſoꝛiū] ſtatio eſt in qua diuerſi gñis veſtes afferunť [vel area] in qua cōductoꝛ edificiū cōſtruxit. [ſunt] etiā dño ignoꝛāte [quaſi id tacite cōueniť] accedit.ſ.de pac.l.itē qꝛ.ꝛ.j.ꝗ mig.l.j.in pn. [obſeruať] qꝛ in his nō ſunt tacite obligata niſi q̄ ſcruit locatoꝛ vt in pal.l.C. lo.ꝛ cō.l.certi iur. Sȝ q̄ eſt ratio diuerſitatis quare aliđ eſt ī his q̄ ſunt illata ꝛ innata ī vrbanis p̄dı̄s aliud in his q̄ ſunt inducta in ruſticis.rñ.ratio eſt ꝛc.dic vt digi.C.eo.vȝ inquilini multa inducūt in vrbana q̄ nolūt locatoꝛes ſcire: in p̄dio ruſtico qs inducit boues aratrū ꝛ ea q̄ vult hoīes ſcire [edificı̄s] .i.in ſuburbis edificı̄s.alı̄s enī nō ſunt in cōtinētibus edificı̄s: vt.j.de ver.ſig.l.alfenus. [quoꝝ predioꝝ] .i.q̄ predia [habēda ſunt] .i. computanda ſub.qđ eſt neceſſe ſciri [propter id] .ſ.qđ.ſ.digi.ſ. vtrum ibi inuecta ꝛ illata ſunt locatoꝛi tacite obligata.

SI **gratuitam.** In lege iſta dī: ſi cōduxiſti a me prediū vrbanum pro decē, ꝛ poſtea cōceſſiſti alteri gratuitā habitationē nūquid inuecta ꝛ illata erūt mihi obligata: certe nō. ſed qđ cū tu conduxiſti a me domū: nunquid pōt agi inter me ꝛ te: vt p parte pēſionis inuecta ꝛ illata ſint mihi obligata.rñ.ꝙ ſic: hoc dicit prin.huius legis videatis expoſitionē litere [conductoꝛ] qui primo cōduxit a locatoꝛe [a me] ſub.q ſecūdo loco gratis conduxit [non eſſe] ad penſionē: ſed pro deterioꝛatione ſic.vt.j. eo.l.j.§.pōp.ſcribit. [nō ſolū] ſecus tamē ſi nō gratuitam cōduxit: qꝛ tūc inuecta ꝛ illata ſunt obligata: vt.ſ.de pi.act.l.ſolutū.§.ſoluram. Item ſecus eſt in predı̄s ruſticis conductis: vt.ſ. lo.ꝛ con.l.ſi in lege.§.colonus.

Si quis fideiubeat. In iſto.§.dī: tu obligaſti rē meā pignoꝛi pro decē, poſtea fideiuſſi p te: nūquid videoꝛ ꝯſentire vt teneat obligatio p te: certe ſic.ſec⁹ ſi poſt fideiuſſionē a me factā obligaſti rē meā: qꝛ nō intelligiť obligata.h.d.iſte.§.videatis expoſitionē litere. [fideiubeat] poſt res ſuā obligatā. [eſſe] ꝛ ſic pcedens obligatio fuerit tertificať tacite.accedit.ſ.e.l. ſi fund⁹.§. j. [ſane ſi poſtea] .i.poſt q̄ fideiuſſit [eius] .ſ.fideiuſſoꝛis nō erūt obligate] niſi conſentiant.vt.ſ.lo. ꝛ con.l. item queritur.§. qui impleto in ver.at ſi ante fideiuſſionem: ꝛ qꝛ ſcientiam nō ignorantiam volumus obligari.vt.C.de tabu.l.generali.

LIcet. In iſta.l.dī: lȝ ſi conducas a me prediū vrbanū oīa inuecta ꝛ illata ſunt mihi tacite obligata: tñ acť.illa tacite hypo.inuectoꝝ ꝛ illatoꝝ nō afficit libertati ſicut ſpecialis. ꝛ ideo ſi in domo cōducta a me induxiſti ſeruū: nihilomin⁹ poteris eum manumittere: ſecus eſſet ſi obligaſſes mihi eū ſpecialiter p penſione: qꝛ nō poſſes eū manumittere.h.d.iſta.l. videatis expoſitionez litere. [accipi] .i.tacite videanť eſſe obligata inuecta ꝛ illata pro penſione domus locate: vt.ſ.e.l.eo iure.in prin. [vt perinde] .i.ita [ſpecialiter] .i.expreſſim [nō officere] id eſt non nocere [ob habitationem] id eſt pēſionem habitationis. [obligatum] .ſ.mancipium tacite.vnde no. ꝙ tacita hypothe.ſiue generalis omnium ſuoꝝ bonoꝝ nō impedit quin debitoꝛ poſſit manumittere ſeruos ſuos.ſec⁹ in ſpeciali expſſa hypo.vt hic: ꝛ C.de ſer.pi.da.ma.l.ij.ꝛ.j.e.l.eſt differētia. in caſib⁹ tñ ſpeciale eſt vt nō poſſit quis manumittere ſeruos ſuos etiā ſi tacite vel generaliter quis obligauit bona ſua: ſi ſerui ſunt incluſi noīe penſionis: vt.j.eo.l.eſt differentia.in fin. Alius caſus eſt: tutoꝛ pupilli manumittit ſeruos.ſ.emptos pecunia pupilli: vt.C. de ſer.pi.da. ma.l.ſi tutoꝛ. Ali⁹ caſus eſt ſi manumittat ſeruos in fraudem creditoꝛum: vt.C.de ſer.pi.da.ma.l.ij.

Fructus intelliguntur tacite obligati pro penſione.

IN **predı̄s.** In.l.iſta dī: ſi tu cōduxiſti a me p̄diū ruſticū nōmine fructus predı̄ p pēſione intelliguť mihi obligati etiā ſi noīatim nō ꝯuenit nō oīa inuecta ꝛ illata viderismihi obligaſſe: ſȝ ea demū q̄ ītuliſti me ſciēte.h.d.iſta lex videatis expoſitionē lre. [intelliguť] obligati p pēſione [cōuenit] vt.ſ.lo.ꝛ con.l.ſi in lege.§.colon⁹. [vel inducta] ſciēte locatoꝛe vt.ſ.eo.l.eo iure.ꝛ.C.loc.ꝛ con.l.certi. [verus eſt] .ſ. ꝙ inducta non tempoꝛis cauſa: ſed perpetui cauſa: vt.ſ.ti.pro.l.l. ſi debitoꝛ.ꝛ.C.eo.l.ſi non inducta ſit ꝛ.j.de leg.ij.l.ſi fundus.

Creditoꝛ poteſt fructus pignoꝛis ꝛ vſuras compenſare.

CUm **debitoꝛ.** In.l.iſta dī: ſi mutuo tibi pecuniaȝ gratis et pig.vel hyp.obligaſti mihi de fructibus poſt morā potero retinere vſqȝ ad legitimū moduȝ.h.d. iſta.l. videatis expoſitionez litere. [retinere] ratione more.alia litera dicit: cū gratuita pecunia vtatur: ꝛ tūc dic ꝙ creditoꝛ poteſt retinere de fructibus vſuras conuentas vſqȝ ad legitimū modū vſurarum quo caſu primo fructus computabať in vſuras: et poſtea in ſoꝛtem: vt.C.de pigno.act.l.j.

Mancipia ſpecialiter obligata non poſſunt manumitti: ſed obligata tacite ſic, anteq̄ includantur.

ESt **differentia.** In.l.iſta notať differētia inter expreſſaȝ ꝛ tacitā hypo.i hoc ſi expſſe obligo tibi mācipia mea pignoꝛi nō poſſum ea manumittere te inuito ſi aūt tacite obligo poſſum manumittere te inuito anteq̄ includas noīe pēſiōis: ꝛ iō fuit derīſus nerua q dicebat ſi ꝯduxi domū a te ꝛ induxi mācipia ꝛ incluſiſti ꝙ poterā venire ad feneſtrā: ꝛ ea manumittere qđ eſt falſum.h.d.iſta.l.videatis expoſitionē lre. [obligatoꝝ] bonoꝝ vľ mācipioꝝ [ex manifeſta] .i.expreſſa [obligata] expſſim [habitantes] .i.obligatos tacite. [manumittim⁹] vt.ſ.e.l.lȝ. [precludanť] ꝛ ex lra iſta no. ar. ꝙ lȝ ciui locatoꝛi claudere hoſpitiū ſcholari ꝛ deiıcere eū ſi nō ſoluat pēſionē.ꝛ ad hoc facit.C.lo.ꝛ con.l.ede.ꝛ.ſ.lo. ꝛ con.l.dñi hoꝛreoꝝ. [tunc enī] id eſt cum mancipia ſunt incluſa [non liberabimus] id eſt non poſſumus manumittere [iuriſcōſul.] dicens.ſub.detētos id eſt ita incluſos [liberari poſſe] id eſt poſſe manumitti: qꝛ ſi ſunt incluſa mancipia perinde eſt acſi expreſſe ſint obligata: vnde poterunt manumitti: vt.ſ.e.l.licet. vt.C. de ſer.pig.da.ma.l.ij.in ſi.ſimilis deceptio ſit.ſ.de pign. act.l. ſi quaſi decepturus a debitoꝛe.

TUtoris heres. In l. iſta dr: ſi hres alicu° tutoris trāſegit cū pupillo ſup act. tutele ꝛ ꝓ pte pecuniā ſoluit ꝓ pte dedit pign°: illō pign° intelligit obligatū ꝓ eo ꝙ hres debebat ex cā tutele. h. d. iſta l. videamꝰ expōnē lre. [trāſactione facta] ſum ꝑſr. alii dicūt aio nouādi [cū ex ea] .ſ. pecūia que debebat ex cā trāſactiōis [ꝯctū] .i. quaſi ꝯctū ex cā tutele [iure] .ſ. tacite obligata eē ſi heres nō vult ſtare trāſactiōi [obligatā eſſe] .i. quaſi obligatā: qꝛ nō eſt fides ſeruāda que iuſſit ꝯtra trāſactionē venire: vt ar. C. ꝺ pac. l. cū ꝓponas. ꝛ C. de trāſa. l. ſiue apud acta.

¶ Que res pignori vel hypothece obligari poſſunt Rub.

¶ De expreſſis ꝛ tacitis hypo. habuiſtis: verū qꝛ alique res poſſunt obligari tacite vel expreſſe ꝛ alique nō: ponit hic rub. [non poſſunt] ſub. de quibus videamus ꝛ ſubijciamus.

PUpillus ſine tutoris. In lege iſta ponunt tria exēpla: in qbꝰ nō tenet obligatio rei pig. date. ꝛ in pn. huiꝰ l. dr: ꝙ pupillus ſine tu. autoritate rē ſuā pig. dare non poteſt [dare non pōt] ideo qꝛ ſine tut. autoritate: vel nullo modo obligat vt. ꝺ. de condi. inde. l. ꝙ pupillus. vel cū effectu nō obligatur qꝛ reſtituitur. vt. ſ. de nouat. l. j. ſed nec cum autoritate tutoris: niſi decretum pretoris interueniat. vt. C. de admi. tu. l. lex que tutoris. in fin. ꝛ l. vlti. §. vlti.

